ዘኢዮ፡ብ፡ሉዶልፍ፡

ዘእምብሔረ፡ገርመንያ፡እንተ፡ይብልዋ፡አሌማኝ፡

መዝገበ፡ቃላት፡ዘልሳነ፡ግዕዝ፡

እንተ፡ ይእቲ፡ ልሳነ፡ መጽሐፍ፡ ዘኢትዮጵያ፡፡

ዘተርጐሞሙ፡ኮነ፡ በልሳነ፡ላቲን፡

እንተ፡ ይእቲ፡ ልሳነ፡ መጽሐፍ፡ ዘሰብአ፡ ኤውሮፓ፡፡

Hoc eſt :

IOBI LUDOLFI

LEXICON

ÆTHIOPICO-LATINUM;

EX OMNIBUS LIBRIS IMPRESSIS, ET multis MSStis contextum.

Nunc denuo ab ipſo Autore reviſum ac emendatum, plurimisque novis radicibus & derivatis, nec non

NOMINIBUS PROPRIIS

auctum,

Ut in Præfatione pluribus dicetur.

EDITIO SECUNDA

Accedit

INDEX LATINUS COPIOSISSIMUS,

Qui vicem *Lexici Latino-Æthiopici* præſtare poſſit.

)o(

FRANCOFVRTI AD MOENVM

Proſtat apud JOHANNEM DAVID ZUNNERUM.

Typis & ſumtibus *Autoris* impreſſit Mart. Jacquet.

Anno Chriſti cIↄ Iↄc XCIX.

In hoc opere continentur

1. Præfatio, *in qua de methodo & causis secundæ hujus editionis disseritur.*
2. De Investigatione radicis; *item* de Præfixis & suffixis *informatio.*
3. Catalogus Auctorum tam Manuscriptorum, quam impressorum, *ex quibus opus hoc contextum.*
4. Corollarium de primordio atque progressu studii Æthiopici *in Europa.*
5. Ipsum Lexicon *methodo Orientali & ordine Alphabetico compositum*
6. Brevis instructio de Harmonia linguæ Æthiopicæ *cum reliquis Orientalibus, sequente* Syllabo omnium vocum harmonicarum.
7. Index Latinus Lexici Æthiopici copiosissimus.
8. Expositio siglarum, *seu* notarum *in Lexico exhibitarum.*
9. Addenda; *& tandem* menda *nonnulla typographica.*

PRÆFATIO.

IOBUS LUDOLFUS

LECTORI BENEVOLO S.

SEcundam editionem Lexici noſtri Æthiopici hic tibi exhibemus, Amice Lector! primâ non tantùm duplo vel triplo auctiorem, ſed etiam multo correctiorem. Nam prima editio facta eſt, priusquam Grammatica noſtra abſolveretur. Ideoque in derivationibus atque formis verborum & nominum multa minus accurate ſe habebant, prout in monito priori Lexico poſt Indicem annexo indicavimus. Ea verò omnia, quæ ibi animadvertimus, nunc ſunt emendata. Poſt hæc plures libros, & inter eos nonnullos Manuſcriptos nacti ſumus, ex quibus magna acceſſio novorum vocabulorum facta eſt: quales illi fuerint, ex Catalogo ſequente intelliges cum Encomio eorum, qui nobis libros ſuos benignè commodaverunt, aut deſcribendos dederunt.

Nullius autem Lexicographi autoritatem ſecutus ſum. Verba atque vocabula cuncta ipſe diligentiſſimè collegi, eorumque ſignificationem ipſis Autorum locis ſtabilivi: quædam etiam à Gregorio meo (de quo mox plura) accepi.

Edidit quidem Jacobus *Wemmers*, Antverpienſis Carmelita, Lexicon Æthiopicum Romæ An. 1638. impreſſum, ſed valde mancum & imperfectum. Etenim Grammaticæ Æthiopicæ rudis erat, ut cuilibet linguæ tyroni ex illius inſtitutionibus Grammaticis Lexico annexis conſtare poteſt: qui poterat ille bonum elaborare Lexicon? Ad hæc MSSta non conſuluit, quæ tamen in Bibliotheca Vaticana habere poterat. In meas manus non venit, niſi poſt aliquot annos, confecto demum labore meo. Sed viſo illo adeò me laboris mei non pœnituit, ut potius ad pergendum ſtimularet.

Itaque nihil in Lexico meo poſui, cujus autoritatem ex aliquo autore proferre non poſſem. Secus ac alii Lexicographi, qui peregrina Lexica exſcribentes aut vertentes, (uti doctiſſimus *Golius* in Lexico ſuo Arabico fecit) aliena tantum fide nituntur. Si præcedentes perperam expoſuerunt vocabula, apud ſequentes error perpetuò manebit. At mea, ſi quis inquiſiverit, & aliam melioremque ſignificationem repererit, facile emendare poterit.

Longè igitur præferenda ſunt illa *Lexica*, quæ ex ipſis Autoribus ſunt deſumta; id ſi feciſſet *Golius*, & tantum verſionem Bibliorum Arabicam tam Veteris quam Novi Teſtamenti legiſſet, vel Alcoranum ſuum verſibus notaſſet & allegaſſet, utique tot vocabulorum ſignificationes non omiſſæ, multæ verò in melius mutatæ fuiſſent. Exemplo ſit vocabulum منبر *Menber* (ille punctat *Minber*) quod in Lexico illius exponitur. *Locus elatior, ſuggeſtus.* At quomodo quadrat iſta ſignificatio ad locum Biblicum Num. 21, 26. ſi ex Lexico Golii reddere velis حشبون هي منبر سحون *Hesbon eſt locus elatior vel ſuggeſtus Sihonis?* Cum reddendum ſit: *Hesbon eſt ſedes regia Regis Sihonis.* Etenim መንበር: *Menber* Æthiopicè hoc ſignificat. Idque facilè conjicere potuiſſet Golius, ſi Pentateuchum legiſſet. Plura talia dantur in Bibliis exempla; unum tantum adhuc ex Novo Teſtamento afferemus. Joh. 4, 9. legitur اليهود لا يختلطون بالسمرة *Judæi non commiſcentur*, ſeu *nullam familiaritatem habent cum Samaritis.* At ille hoc verbum in iſta conjugatione octava reddidit. *Perplexum confuſumque illi fuit negotium*, quæ ſignificatio ad textum illum applicari nequit.

Edmundus Caſtellus edidit quidem *Lexicon Polyglotton* harmonicum, in quo Æthiopica quoque admiſcuit, pleraque ex Lexico noſtro pridem impreſſo deſumta, pauciſſima ex propria obſervatione, & inter ea nonnulla ſine autoritate poſuit. Ex quibus

tantùm ea, quæ nobis idonea visa fuerunt, in opus nostrum intulimus. Cætera, tanquam suspecta, omisimus. Verùm enim verò multa minus accuratè tradidit, quæ semper notare atque refellere non necessarium putavimus. Emendationem diligens Lector in opere nostro reipsa deprehendet, nobisque tanquam in hac lingua exercitatioribus fidem habebit.

Quod ad *Gregorium Æthiopem* meum attinet, cujus autoritate nonnunquam usus fui; in præfatione prioris editionis monui, illum, utut satis doctum, in verbis rarioribus sæpe dubitavisse; multa secus ac res erat, exposuisse, plurima verò ignoravisse. At nos pleraque illius excerpta ex sensu & contextu Græco librorum Biblicorum supplevimus. Ipse Gregorius tùm coràm, tùm per literas ignorantiam suam libenter confessus est. Cùm enim interrogavissem quid *stomachus* Æthiopicè significaret [illegible] Arabicè. [Arabic] significat, በልሳንነ፡ ኢናአምር፡ *in lingua nostra autem id [nesci]mus.* Bonus ille vir dicere debebat in singulari ኢ.የአምር. *Nescio*, fortassis [illegible]. [illegible] rum oblitus erat, quod 1.Tim.5,23. διὰ τὸν στόμαχόν σου, Æthiopicè redderetur በእንተ፡ ሕማመ፡ ከብድከ፡ *propter infirmitatem stomachi* seu *ventriculi tui.*(a) Ego autem tunc temporis Epistolas Paulinas nondum habebam. Causa istius ignorantiæ non est in obscuro. Jam à quadringentis annis translatâ in *Ambaram* imperii Æthiopici sede, lingua hæc nostra, quæ *Axumitarum* erat, in usu vulgari esse desiit, prout in *Historia nostra Æthiopica Lib. I. cap. 15. §. 4. & 20.* latè docuimus. Remansit ergo in libris & literis tantùm, nec non in diplomatibus Regiis, quibus intelligendis & scribendis studio opus est, æquè ac si Italus Latinè loqui vel scribere velit, in scholis id discere necesse habet. Sed in eo multò infeliciores sunt *Æthiopes*; nullam enim *Grammaticam* nec *Lexicon* suæ linguæ habent, solo vocabulario sunt contenti, in quo vocabula difficilia Æthiopicè, at crudè satis exponuntur. Compositum illud est, secundum Classes rerum. [illegible] ሰዋስው፡ *Scalam* vocant, sicuti in *præfatione Grammaticæ Ambaricæ* pluribus ostendimus. Mirum ergo non est, *Habessinos* in sua lingua prisca interdum hallucinari. Nos labore nostro illis præire voluimus, ut si (quod speramus) amicitiam nostram ambire cœperint, linguam suam accuratiùs excolere possint.

Porro haud exiguum incrementum opus nostrum accepit *Nominum propriorum* accessione. Eam priore editione omiseramus, quod non nisi vulgaria omnibusque obvia haberemus. Posthæc *Poetam*, nec non *Historiam Æthiopicam B. Tellezii* (b) nacti, multaque cùm locorum tum Virorum fœminarumque nomina, partim nova, partim corrupta deprehendentes, quæ notari atque exponi merebantur, ea quoque hîc tradere atque exponere consentaneum judicavimus.

Primò quidem *Onomasticum* seorsim composueram, ut *Pars II.* Lexici mei fieret, postea mecum perpendens, multa nomina propria Æthiopum significativa esse, & primo aspectu pro appellativis haberi posse, ut: ረትዐ፡ ሃይማኖት፡ Retua-haimanothus. *Rectus fide.* ተስፋ፡ ጽዮን፡ Tesfa-Tzionus. *Spes Sionis.* ተንሣአ፡ ክርስቶስ፡ Tensea-Christos. *Resurrectio Christi.* ዘሥላሴ፡ Zaslasé. *Trinitati addictus*, & similia, sententiam mutavi, eaque in opus meum intuli. Observaveram enim Viros doctissimos ejuscemodi nominibus deceptos fuisse, ut ea pro appellativis haberent, & pleraque in mirabilem sensum detorquerent. Adhæc Æthiopes persæpe nomina peregrina corrumpere, atque in notiores sibi formas deflectere solent, sicuti Græco vocabulo ἀποκάλυψις factum, ex quo illi አቡ፡ ቀለምሲስ፡ formaverunt. Sic ex *Hippolyto*, qui d. V. *Februarii*, nobis XXX. *Januarii* in fastis sacris memoratur, fecerunt አቡ፡ ሊጦስ፡ ex *Onuphrio* አቡ፡ ናፈር፡ quasi vocabula Arabicæ originis essent. Nonnunquam etiam peregrina, sic ea intelligant, interpretantur; quippe *Chrysostomum* vocant አፈ፡ ወርቅ፡ *Afa-Wark*, *Os aureum.* Quod nomen Patres Societatis multum torsit, cùm visis in Æthiopia ejus operibus, nescirent quis Pater iste *Afavvarkus* esset. Nunc autem, cùm nomina ista propria suo loco & ordine in Lexico nostro [illegible], Studiosi illa facilè reperient, ut ea in Onomastico separatim quærere opus non habeant.

Methodus.

(a) Plura de eo reperies in *Historia nostra proœmio* §. 11. & 17. *seqq.* & in *Comment. p.* [illegible] *seqq.*
(b) De qua vide *Histor. nostram Æthiopicam in Proœmio* §. 9. *seqq.* & *Comm. p.* 9. *n.* 48. *seqq.*

Methodus operis ipsa sese ostendit, quæ omnibus Orien[illegible] linguis communis est. *Tertia præteriti singularis*, utpote omnium simplicissima & [illegible]bus literis desti-tuta, radicem constituit; hanc ordine sequuntur reliquæ Conjugat[illegible]es, non nume-ris, ut apud *Golium*, [illegible] v[illegible]bis ex[illegible]essæ, ne t[illegible]ones eas in Gram[illegible] quærere cogan-tur. Post verba sequuntur nomina primò nuda tam adjectiva quam substantiva, dein-de aucta, initialibus [illegible] ordine al[illegible]abet[illegible] dispositis. Veruntamen consonantium tantùm, non verò vocalium ratio habetur, nisi eædem consonantes sub eadem radice recurrant, tunc enim & vocalium ordine[illegible] servantur. [illegible] autem nullam di-stinctionem servilium vel radicalium, sed solum ordinem literarum observavimus. Ex. gr. Græcum *σχῆμα*, *Schema*, Æth. አስኬማ: non in ስ: sed in አ: quærendum est.

Præterea sciendum[illegible] cum prima Lexici fundamenta ponerem[illegible] Grammaticam nondum [illegible] elabor[illegible] propter, ut nos alioquequ[illegible] hujus linguæ studiosos juvare-mus, *tempora & modo[illegible] verb[illegible]um* passim annotav[illegible] [illegible] *Bux orf[illegible]s* quoque in Lexi-co [illegible] H[illegible]xo-Chaldaico t[illegible] o[illegible] gratia fecerat. A[illegible] [illegible]uod [illegible] est, ad Grammaticam i[illegible], non [illegible] Lexicon. Illud enim significationes tantum do-cet, [illegible] um aure[illegible] [illegible]mationes st[illegible] hosum ex Grammatica [illegible] oportet.

Nos vero n[illegible] [illegible] viam [illegible] *regularia* om[illegible]mus; *irregu-laria* verò & anomala, tam in verbis quam in nominibus, nullis regulis [illegible]manda, sed solo usu addiscenda, [illegible] Lexicon [illegible]; Ex. gr. Vocalem quinti Or[illegible] in con-tingente tempore, nec non pluralia nominum [illegible]acta [illegible] gratia re[illegible]quimus vel ad-didimus. Etenim [illegible] Æthiopicæ [illegible] Latinæ linguæ est ratio. Ista ab omnibus ex-actè discitur, ita ut [illegible]aliæ ex Grammatica disci possint, & Lexicographi opus non habeant, Grammatica [illegible] admiscere. At [illegible] suffic[illegible], radicem [illegible] usu suo in-quirere posse, quibus adjectione Grammaticalium [illegible] auxilium ferendum fuit. *Genera* verò *n[illegible]m[illegible]num, m. Masc. f. Fœm. [illegible]mm.* [illegible] ad[illegible], ob maximam eorum [illegible]titudinem, de quibus in [illegible] nostra [illegible] agetur.

Po[illegible] notandum est, quod post pr[illegible] Lex[illegible] editionem demum depre-henderimus, verba vocalem quinti *E.* ve[illegible] Or[illegible] *O.* in prima radicali posside[illegible]tia, esse *quadr[illegible] contracta*, & ቤዘወ: de[illegible] ቤለዘወ: *Redemit.* ቀጒጽ: pro ሞሞቀጽ. ad[illegible] [illegible] ወ. vel የ: [illegible] vocalem *E.* vel *O.* latentem, in Lexico dissimul[illegible] non debere; ideo in hac nova editione tal[illegible] tanquam *quadrilitera* or-dine suo collocavimus, haud [illegible] verb[illegible] contracta ቤይተ: def. ቤተ: *Pernoctavit*, & ቀወመ: def. ቆመ: *Stetit.* Quæ inter [illegible]litera reliquimus; uti de investigatione ra-dicis statim pluribus dic[illegible].

Ad *allegata* quod attinet, potuissemus quidem significationes omnes, omissis tot locis bona fide le[illegible]oribus [illegible]cre[illegible] [illegible]s tamen, [illegible] inventores pri[illegible], Lecto-re[illegible] ad loca ipsa, unde [illegible] petita, ablegare: ne, si fort[illegible] per incogitantiam aut imbec[illegible] a vero aberravissemus, id Lectores falleret. Communissimæ verò voces, ut ማይ: *Aqua*, ምድር: *Terra*, ut & verba [illegible] probatione opus non habuer[illegible]nt. Rariores significationes omnes, nec non ab aliis Lexicographis di-screpante[illegible], allegat[illegible] [illegible] quæ [illegible]ro us carent, [illegible] a Gregorio Æthiope no-stro accepimus, [illegible] notam ha[illegible] *Æ.* plerumque a[illegible]. Quod autem *Castellus* in Lexico suo P[illegible]glotto etiam in notissimis magnam vim allegatorum apponat, uti in voce [illegible], [illegible]ኮነ: *Ignis* factum; id [illegible] superfluum v[illegible].

Allegatum quod *radicem immediate* sequitur, indicio est, tertiam præteri[illegible] per-sonam [illegible] reperi[illegible], atque ex eo, cujus co[illegible]tionis sit, cognosci. Cum enim reliqua primæ vel secundæ conjugationis tempora plerumque similia, tertiæ verò personæ Præ-teriti tam singularis, quàm pluralis dissimules sint, utique hoc necessariò in ipsa radice in-dicandum erat.

Allegata Veteris Testamenti (si Pentateuchum, Josuam atque libros impressos quos-dam excipias) mendosa nonnunquam erunt, quia ut diximus, non ex textu ipso sed ex *excerptis Gregorii*, quæ capitibus & versibus carebant, deiumta fuerunt. At in allega-tionibus Pentateuchi secuti sumus *Codicem Alexandrinum* ejusque capita & versus.

Quippe capita XXXVI. XXXVII. XXXVIII. & XXXIX. Exodi non conveniunt cum *Hebræo textu*, neque cum *Aldina Græca* editione, quam ob causam in Bibliis Polyglottis Anglorum versibus carent, quos nos in Codice nostro MSS. addidimus.

De *Orthographia* Æthiopum multa habemus dicenda. Ex quo Habessini *Axumâ Tigræ metropoli* desertâ in interiora regni migravere, ut suprà narravimus, simul cum linguâ veterem & genuinam pronunciationem literarum suarum amiserunt. Quippe dubium non est, literas, quæ nunc eundem sonum habent, veluti ሀ፡ ሐ፡ & ኀ፡ nec non አ፡ & ዐ፡ item ጸ፡ & ፀ፡ olim discrepasse. Nemo enim uni eidemque valori duos diversos characteres attribuere voluerit. Quamobrem verisimillimum nobis videtur, siquidem Æthiopica nostra lingua Arabicæ tradux est, quod etiam sonus literarum illarum Arabicis olim conformis fuerit, ita ut literæ ሀ፡ *Hoj* respondeat ه *He* Arabum, ح *He rancum* (ut nos vocamus) τῷ ሐ፡ & خ τῷ ኀ፡. Sic ጸ፡ τῷ ص: & ض τῷ ፀ፡ Quam ob causam nos verba, utrique linguæ communia, sub illa elementa, quæ Arabicis respondent, retulimus. Et quæ Arabicè *Elif* vel *Ain* habent, ea etiam Æthiopicè ut plurimum sic expressimus. Id vero valdè incommodum est, quod *Habessini artis Grammaticæ rudes* non solummodò dictas literas, sed ipsos vocalium ordines sæpe inter se confundant, quæ nos ad analogiam Grammaticam revocare oportuit. Qua de re in Grammatica nostra fusius agemus.

Id vero studiosum observare oportet, si *verbum ambiguâ* hac *literâ scriptum* in Lexico nostro quærere velit, nec statim reperiat, ne quærendo desistat, donec inter affines literas quæsitum verbum sese offerat. Ex. gr. ሠረጸ፡ *Germinavit, processit*. Si forte scriptum extet ሰረፀ፡ idque sub litera ሰ. non reperiat, in ሠ፡ erit quærendum; si nec ibi ሠረፀ፡ per ፀ፡ invenerit, tunc demum quærendum erit ሠረጸ፡ quod suo loco extabit. Plura de investigatione radicis infra dicentur.

De significationibus à nobis traditis dicendum restat. Tres *radicales* interdum *sine significatione* positæ sunt, vel quia tale verbum nondum nobis occurrit, vel quòd in prima aut secunda conjugatione non sit in usu. Ponenda tamen fuit talis radix, cùm facilioris inquisitionis causa, tùm ut significatio, fortè reperta, adscribi possit.

Sed caveat hic sedulus hujus linguæ studiosus, ne verba, quorum *prima radicalis* est *una Dentalium* ተ፡ ደ፡ ጠ፡ *vel sibilantium* ሠ፡ ሰ፡ ዘ፡ ጸ፡ vel ፀ፡ à nobis neglecta fuisse putet, si fortè in contingenti vel subjunctivo sine characteristica ተ፡ reperiatur; cum tamen *Wemmers* & *Castellus* illa habeant. Ex. gr. verbum ጠመቀ፡ & similia plura à modò dictis Lexicographis, tanquam in prima conjugatione usitata, pro radice ponuntur, id propterea factum, quòd neque Canonem nostrum secundum, neque formationem futuri passivi, quæ regulariter ይትገበር፡ est, observaverint. Quippe non tantùm ተ፡ Characterieum passivi ob similem sequentem in ejusmodi verbis est elisum, sed & forma ይጠመቅ፡ neque primæ neque secundæ conjugationi competit, adeoque exempla, quæ illi allegant, non ad primam vel secundam conjugationem, sed ad sextam spectant.

De Verborum significatione probè notandum, in Æthiopica æquè ac in cæteris Orientalibus linguis, verbum primitivum *simplex continere in se composita*, quibus Æthiopes carent. Ex. gr. መተረ፡ *Scidit*, significat etiam *Abscidit*, *Concidit*, *Discidit*, *Exscidit*, *Rescidit*, & ita porro. Quæ bonum interpretem observare decet, ut sensu poscente compositis utatur. Nos ea in omnibus verbis expressè non posuimus, nisi forte locus talis gatus id posceret, ideo studiosus ex sensu id supplebit.

Id quoque notandum, *verba*, quamvis tanquam radix & origo sequentium vocabulorum ponantur, *non* tamen *semper esse primitiva*, sed multa à nominibus natura prioribus derivari. Exempli gratia à ሰብእ፡ *Homo* fit ተሰብአ፡ *Homo factus est*: à ርእስ፡ *Caput* fit ተርእሰ፡ *Caput fuit* vel *factus est*. Ab እብን፡ *Lapis*, fit እበነ፡ *In lapidem conversus est*. Sic a መነኮስ፡ *Monachus* fit መነኰሰ፡ *Monachus factus est*. Nos tamen ordinem receptum servare & verba, quamvis nominibus suis posteriora præponere voluimus; ne tyronibus pristinæ methodo assuetis, nec originis statim certis, necessum

facesseremus. Attamen minùs congruè loqui putamus eos, qui reperto in una Orientalium nomine: in altera verbo, istud radicem vocant, quasi illud ab hoe progerminaret. Exemplum est in Hebræo אלוה *Eloah, Deus*, à quo verbum derivatum الّه *Alaha, Deum coluit* in Arabica lingua reperitur.

Ut autem studiosos Orientalium, quantum in nobis est, juvaremus, *Harmonicas voces* è cæteris Orientalibus linguis, præsertim Hebraica atque Arabica passim adjecimus, denique omnes omnino in *Syllabum* huic Lexico annexum contulimus, ubi Lector velut uno intuitu omnes deprehendet, atque ex eo cognationem hujus linguæ cum cæteris Orientalibus clarè cognoscet. Idque & memoriæ & accuratiori radicum indagationi inserviet. Eandem ob causam non tantùm ex Græca, sed & ex aliis occidentalibus linguis æquipollentia verba aliquoties adjecimus, veluti ex Germanica, Gallica, Hispanica, & cæteris Europæ linguis; quod *Meninskius* in Lexico suo Orientali luculentissimo rectissimè fecit.

At *de vocabulis Hebraicis* à LXX. Interpretibus non intellectis: nec non de *Græcis plurimis* è versione Bibliorum Græca retentis, monendi sunt Studiosi, ista, uti ab Æthiopibus non intellecta, ita perverse plerumque scripta & exposita esse, quæ nos ex lingua Græca & textu ipso intelligere, ac ob id genuinas significationes in Lexico nostro exhibere potuimus. Id autem oppidò insipidum est, quod ea non uniformiter scribant, sed secundum casus Græcos varient, adeò ut vocabula nonnulla in omnibus casibus obliquis Æthiopicè reperiantur. Veluti ሰቅሎስ፡ ሰቅሉ፡ ሰቅሎን፡ σίκλος, σίκλου, σίκλῳ, σίκλον. Quæ perfectam declinationem Græcam repræsentant, cùm tamen casum rectum retinere melius fuisset.

De *appendice*, quam *Wanslebius* primæ Lexici mei editioni, me inconsulto, affinxit, Studiosi sciant, illam multis falsis radicibus & mendosis vocabulis, quæ ex MSStis in Anglia repertis hauserat, refertam esse. Eam primo allegare ac refutare decreveram, ne lector putaret, me illius radices per negligentiam omisisse. Dein mecum reputans, nullam emendationum & correctionum fore finem, omnia transmittere atque lectorem hoc loco semel monere satius putavi, inutilem appendicem illam esse, bona vero & utilia; si quæ habet, me ipsum in libris ab eo citatis reperisse & notavisse. Promiserat quidem Wanslebius in *Conspectu operum Æthiopicorum* (a) (quæ ad excudendum parata se habere falsò gloriatus est) Cap. III. p. 21. Dictionarium Æthiopicum correctum, & ex quamplurimis manuscriptis Æthiopicis auctum, verùm nihil præstitit. Nec ego melius quid de hoc novo opere, quàm de appendice illius polliceri mihi potui; quare in illud, an forsan manu ejus scriptum alicubi extet, inquirere operæ pretium non putavi; nec unquam casu mihi oblatum fuit.

Tandem etiam de vocabulis monstrosis, in *Leonhardi Thurneysseri Onomastico Æthiopicè exaratis*, Lector informandus est. Exemplum unum & alterum afferemus, ex quo de cæteris judicium esto. Impressus est liber in Folio Berolini An. 1583.

Pag. 2. in lit. A, አጠአዘምዚ፡ *Atheazamzi*. Sic legit, & addit Germanicè: Ist zum theil Æthiopisch/ sind die primæ substantiæ oder ersten Wesen/ aus welchen die simplicissima sensibilia Elementorum, so similaria genannt/ entspringen etc. h. e. *Partim Æthiopicum esse, ait, & primas substantias denotare, ex quibus simplicissima sensibilia Elementorum, similaria dicta, oriantur.* Allegat Aviecnnam L. V. c. 39. & Paracelsum in Mysteriis æternitatis Lib. XIX. c. 62. Sed fortassis res, non autem vocabulum illud, ut puto, ibi reperietur.

Pag. 4. አአጺ፡ *Aetzi*. Ist ein Alchimystisch Wort/ bedeutet ein Oel/ oder essentialisch Wesen/ das gefärbt ist. *Alchymicum vocabulum esse ait, & significare oleum*, seu esse quoddam *essentiale coloratum*. Caret allegato, ut reliqua pleraque.

Præter-

(a) Tali titulo Vertumnus ille schedas aliquot Lutetiæ Parisiorum An. 1671. impressit, in quibus de se & de causa profectionis suæ in Ægyptum pag. 17. sqq. multa mentitus est, uti clarè demonstrabitur in editione *descriptionis Ægypti Germanica*, manu ejus scriptæ, quam ad *Sereniss. Principem Ernestum, Ducem Saxo-Gothanum*, tunc temporis Herum suum, primò misit; diversam ab illa, quam postea mutatâ religione, adjuvantibus sodalibus suis Monachis Italis mutavit, & Italicè edidit.

Præterea habet quidem Æthiopica quædam, sed pessimè scripta & expressa, ex. gr.

Pag. 88. አረበእፐውሡሡ፡ quod ita scriptum *Arabaepansusa* sonat; quo nihil unquam ineptius Æthiopicè dictum. Thumeysserus legit *Arbaatusosa*, idque significare dicit *Sexaginta quatuor*. Scribendum ergò erat አርባዕቱ፡ ስሳ፡ *Quatuor sexaginta*. Lectio ex Potkenii numeris, in fine Psalterii illius Æthiopici Romæ editi annexis, desumta est; ibi reperies *Arbaatu* Quatuor, *&* *Sosa* Sexaginta.

Pag. 109. in Lit. B. habet vocabulum mirabiliter scriptum: በት፡መአቀደሠ፡ *Batemaakadasu*. Thurneysserus vero legit *Bethemacdasu*, scilicet ቤት፡ መቅደስ፡ Betamakdas, *Domus Sanctuarii* scribendum erat & exponendum. Sed ille exponit *Domum mortis. Malum dæmonem*. Pauca ista prorsus vecordia cum tædio & fastidio maximo exscripsi, ne studiosus lector illa fortè reperiens, in Lexico meo quærenda putet. Dolendum est, virum doctum adeò delirare, ne pejus dicam, ut tales quisquilias publicè proponat, seque deridendum etiam modicè doctis prostituat. De reliquis vocabulis ex variis linguis petitis, ut & de modo proponendi & tractandi planè inepto nunc nihil dicemus.

Indicem Latinum Studiosi nonnulli nostro jussu confecerunt, tantâ diligentiâ, ut plurima vocabula notaverint è locis, ubi non principalis, sed tantùm accidentalis illorum mentio facta erat. Nos autem, ne nimium excresceret, plurima expunximus; sæpe etiam positô verbô radicali, derivata in eâdem Lexici columna extantia, delevimus. Igitur studiosus derivata & cognata vocabula sub primitivis & cognatis suis quæret & reperiet. *Nomina propria*, nisi perpauca & quidem rariora, omisimus. In vulgaribus ipsum Lexicon pro Indice est, in quo *Matthæum, Marcum, Lucam* & similia facilè indagabis.

Postremo Lectorem celare nolumus, nos *Grammaticam* nostram *Æthiopicam* revisam, & plurimis in locis auctam, sub manibus habere, ut eam quoque publici juris faciamus. In ea studiosi reperient Syntaxin figuratam, Prosodiam & quæcunque modò ad perfectam linguæ cognitionem facere poterunt. Addemus etiam *Psalterium Æthiopicum*, cum iis, quæ Æthiopes illi annectere solent, non tantùm ut studiosi materiam habeant sese in hac lingua exercendi; sed potius ut Habessinis impressione talis libri gratificemur, quem illi præcipuè amant, manibus terunt, & quasi in sinu gerunt. Nullus enim Liber MSStus in Habessinia, imò etiam in Europa frequentior est. Memoriter ab Habessinis ediscitur, ut remoto libro illum recitare sciant; sicuti *Potkenius* An. 1513. loquuntur Patrum Societatis testimonia in Commentario Hist. nostræ Æthiopicæ citavimus p. 194. §. 2. qui de suo tempore circa Annum 1607. & 1608. scribunt: *Proceres Habessiniæ non contenti sunt, ut filii tantùm ediscant libros sacros, sed etiam curant, ut filiæ illos calleant, & sic non datur matrona nobilis, quæ non benè sciat textum Sacræ Scripturæ: & quidem memoriter Epistolas S. Pauli & Psalmos Davidis.*

Quod autem ista nostra opera non maturiùs publicaverim, causa potissima fuit, quod semper speraverim, me plures novos libros, & Codicum mendosissimè impressorum MSStos, impetraturum, ut limatius & correctius quid in lucem edere potuissem. Deinde defuit mihi idoneus Amanuensis, qui curas typographicas in se reciperet. Nunc autem postquam Doctissimum Adjutorem *M. Johannem Henricum Michaelis*, in præfatione Grammaticæ Amharicæ laudatum, bono meo fato nactus sum, qui bonis monitis & solertissima typographicorum mendorum correctione mihi ad manum fuit, non dubitavi improbum istum editionis laborem meis sumtibus suscipere, ne mecum periret. Igitur laus Deo propitio dicta sit, quòd non tantùm felicem meis laboribus finem, sed etiam talem discipulum largitus mihi fuerit, quem spero perfectiorem cum tempore fore ac fuit ipse Magister ejus. Sic cœptâ cum Habessinis amicitiâ vices meas is aliquando subire, & bonum opus promovendæ causæ publicæ in Dei gloriam & proximi utilitatem, legitimè ad id vocatus, supplere ac perficere poterit. Vale. Francofurti ipsis Idibus Julii. An. S. cIↃ IↃC XCIX.

DE INVESTIGATIONE RADICIS
cum Præfixorum & Suffixorum declaratione.

RAdicis investigatio, quamvis Grammaticæ perito facilis sit, hic tamen compendia quædam tyronibus monstrare, simulque præfixorum & suffixorum rationem docere visum nobis fuit, quò rudiores eò faciliùs progredi possint.

Sciendum autem est; Verba & nomina Æthiopica pleraque *tribus* quædam etiam *quatuor*, pauca *pluribus radicalibus* literis constare. Nam pronomina & particulas duarum literarum nihil moramur. Omnes autem literæ per se radicales dici merentur, quia ex omnibus radices constitui possunt; At quædam absolutè tales sunt & manent, ut: ሐ: ሠ: ረ: ቀ: ኀ: ዐ: ደ: ገ: ጠ: ጰ: ጸ: ፀ: ፈ: ፐ: quædam per accidens fiunt *serviles*, nempe ሀ: ለ: መ: ሰ: በ: ተ: ነ: አ: ከ: ወ: ዘ: የ: sicuti in Gramm. L. 1, c. 4. §. 4. docebitur.

Quædam horum elementorum per se sunt *significativa*, eaque propriè *præfixa* & *suffixa* vocantur: quædam verò tantùm sunt *formativa* temporum & Conjugationum, quæ radicalibus modò ab initio, modo in fine, modò utrinque accedunt; eaque sunt vel

Initialia tantùm, ut: ለ: መ: በ: ዘ: vel

Finalia tantùm, ut: ሀ: ከ: vel

Utrinque occurrunt, ut: ሰ: ተ: ነ: አ: ወ: የ: vel etiam *in medio* inseruntur, ut: ወ: & የ: in pluralibus.

Hæ igitur serviles literæ à radicalibus sunt divellendæ, si thema inquirere velis.

De singulis nunc agemus secundum ordinem, quem istæ literæ in Syllabario Æthiopico obtinent.

ሀ: Servile est & *finale* tantùm, ut:

ሁ: Relativum *masculinum*: *Ejus, illius, suus*; & Interrogativum *Ne?* ut: አንተሁኑ: *Tune* scil. *es?* Matth. 11, 4. & Adverbium redditivum. ከመ: *Sicut.* ከማሁ: *Ita quoque.*

ሂ: Particula enclitica, *Et, quoque, etiam.* መኑሂ: *Aliquis*, & affixum conjunctionis እመ: ut ወእመሂ: *Sive verò, Sive autem.*

ሃ: (1.) Est *nota accusativi* nominum propriorum. (2.) Est pronomen relativum *fœmininum*, *Ejus. Sua. Eam.*

ሆ: Relativum masculinum tertiæ personæ, sed Accusativi casus tantùm; *Eum, illum. Se.*

ሆሙ: *Eorum, suos, se.*

ሆን: *Earum, suas, se.*

ለ: Initiale tantùm.

(1.) Est *nota Dativi*. Si verò præcedat vocabulum cum suffixo tertiæ personæ, etiam *Genitivum*, vel *Accusativum* denotat. De quibus conf. Gramm. L. VI. c. 3.

(2.) Præpositionem *Ad* quoque significat.

(3.) Si geminetur, Latinè est reddendum *Quicunque, Omnes & singuli*, ut: ለለ: መጽኡ: *Quicunque venerunt.* Enc. 3. Nov. 2. 3. ለለ: አሐዱ: *Unicuique*; & sic separatim, ut vides, plerumque scribitur.

(4.) Subjunctivo modo præmissum *vim optandi* habet, ut: ለይኩን: *Esto. Fiat! Ainsi soit-il* Gallis. Vel imprecandi, ut: ለይትኃፈሩ: *Confunduntor. Pudefiant.* Ps. 6, 10.

መ: Initiale est & finale.

(1.) Ab initio format *nomina actoris*, ut: መናዝዝ: *Consolator*, & መብስል: *Coquus*; nec non vocabula *instrumentalia & localia*. Exempla habes in Etymologia Grammatica L. III. cap. 3.

(2.) In fine *paragogicum & emphaticum* est, de quo Gramm. Lib. V. c. 3.

ሚ: Præfixum est & particula *admirantis*, vel *exclamantis*, de qua in Interjectionibus: & *interrogantis*, de qua inter adverbia.

ሰ: Finale tantùm.

ሰ: *Autem, verò*, conjunctio inseparabilis.

ሶ: Obtestandi particula, *Quæso! Obsecro!*

በ: Initiale & ቦ: finale.

በ: *In*, præpositio est. Infinitivis quoq; præfigitur, ut per gerundium exponi possint. Cum numeralibus distributivis geminatur, ut: በበ: & ለለ:

ቦ: Impersonale *Est* vel *Habet*, vocibus suffigitur; ut: Mari Oceano ሀቀሞቦ: *terminus est*, vel Oceanus *terminum habet*. Org.

ተ: Initiale & finale.

ተ: Occurrit ab initio vocis, & est (1.) *Characteristica* sextæ, septimæ & octavæ Conjugationis.

(2.) ት: & ቲ: format secundas personas & tertias fœmininas singularis in Contingenti & Subjunctivo.

(3.) Terminat tertiam personam Fœmininam Præteriti.

(4.) Format Nomina vel ab initio: vel in fine: nec non pluralia in *át*; vel utrinque auget nomina, ut: ተፍሥሕት: *Lætitia* à ፍሥሐ: *Gaudium.*

(5.) Per Paragogen particulis quibusdam annectitur, ut: ውስተ: *In.* ውስቴቱ: *In eo.* ቦቱ: *In eo.* ባቲ: *In ea*, prout singula suis locis in Grammatica docentur.

ነ: Initiale & finale.

(1.) Ab initio ን: & ና: formativæ sunt *primæ personæ pluralis* Contingentis & Subjunctivi, in diversis conjugationibus.

)○( )○(

(2.) For-

(9.) Format nomina quadrilitera, & gemmantia à nona Conjugatione derivata, ut: ፈሪርሃ፡ *Saltatio*. ነጐድጓድ፡ *Tonitru*.

(3.) Verbis in fine additum *primam Præteriti pluralis* efficit, ut: ገበርነ፡ *Fecimus*.

(4.) In nominibus ና፡ format *nomina abstracta*, ut: ልዕልና፡ *Celsitudo*, ን፡ verò alia quædam nomina, ut: ዕርቃን፡ *Nuditas*: Nec non pluralia in *ân*, ut: ብዙኃን፡ *Multi*.

(5.) In Pronominibus ነ፡ affixum est. *Nos, nobis*; *noster, nostra*, per omnes casus & genera.

ኑ፡ Interrogativum, *Ne? Anne?*

ኒ፡ (1.) Pronomen personale suffixum est, *Mihi, me*.

(2.) Conjunctio enclitica, *Et, quoque, etiam*.

አ፡ Initiale & finale.

አ፡ In verbis est characteristica quartæ & quintæ Conjugationis.

(2.) ኡ፡ & ኢ፡ *Characteristica* sunt *primæ personæ* in diversis conjugationibus *Contingentis & Subjunctivi*.

(3.) In nominibus format *pluralia*, ut & nomina *nonnulla singularia*, ut: አምላክ፡ *Deus*, አንቀጽ፡ *Porta*.

ኣ፡ *Paragogicum* in fine vocis *supplicantis* vel *petentis*, vel *nunciantis* vel *interrogantis*, sæpe ad nauseam usquè repetitur.

ኢ፡ Est particula negativa *Non*, & prohibendi *Ne*. Convertit ኢ፡ futuri in ይ፡ prout diximus in Gramm. Lib. II. cap. 6.

ኦ፡ *O!* est nota Vocativi.

እም፡ (1.) Est Præpositio *A, ab, ex, præ*.

(2.) Verbo junctum fit Adverbium, significans *Utique*, ut: እምወሀብከ፡ *Utique dedisses*, de quo Gramm. Lib. II. c. 6.

ከ፡ Finale tantùm est.

(1.) Verbis annexa ኩ፡ ከ፡ ኪ፡ ክሙ፡ & ክን፡ formativa sunt primæ & secundarum personarum utriusque generis & numeri in Præteritis omnium Conjugationum; ut ex Paradigmatibus liquet.

(2.) Pronomina sunt affixa secundæ personæ, veluti:

ከ፡ *Tibi, tuus, te. M.* ኪ፡ *Tibi, tua, te. F.*

ክሙ፡ *Vester, vos, vobis. M.* ክን፡ *Vestra, vos, vobis. F.*

ኪ፡ *Igitur*, est conjunctio conclusiva.

ወ፡ Initiale, medium & finale.

ወ፡ *Et*, non modo copulativa, sed & persæpè *inchoativa* tantùm particula est; Imò & sæpius *Discretiva*, &c. haud secus ac in reliquis Orientalibus linguis.

ው፡ In medio Pluralia quædam format, ut: ኃጢአት፡ *Peccatum*, in plur. ኃጣውእ፡ *peccata*. ገራውህ፡ *Agri*. Item cùm terminatio *u*, in verbis propter affixum in ወ፡ resolvitur, suscipit vocalem affixi, ut: ex ገብሩ፡ fit ገብርዎ፡ ገብርዋ፡ *Fecerunt eum*, *fecerunt eam*, & ita quoque ገብርዎሙ፡ ገብርዎን፡

ዊ፡ In fine format *Patronymica & Denominativa*; ut: ሰማይ፡ *Cœlum*. ሰማያዊ፡ *Cœlestis*.

ዘ፡ Initiale & finale.

ዘ፡ Ab initio est pronomen relativum *Qui, quæ, quod*. Verbo præfixum cum affixis tertiæ personæ *casus obliquos* Pronominum relativorum *Qui, quæ, quod*, per omnes numeros & genera designat; de quo in Grammatica nostra, cùm in doctrina de Pronom. Lib. IV. c. 5. tùm in Syntaxi cap. 3. *de relativis* fusiùs agitur.

(1.) Est *nota Genitivi*, de qua in Gram. Lib. III. cap. 6.

(3.) Est *Conjunctio causalis*, quæ sensu poscente, *Quod* vel *Ut*, redditur.

(4.) Contingentis significationem vertit in *Participium*. Vid. Gramm. l. 2. c. 6.

ዝ፡ *Iste, istud*, & præfixum & affixum est utriusque generis, ut: ዝንቱ ዓለም፡ *Iste mundus*. ከመዝ፡ *Sicut hoc, ita, talis modo*.

ይ፡ Initiale & medium.

ይ፡ (1.) *Ab initio*, ut: ይ፡ vel ያ፡ formant *tertias personas* Contingentis & Subjunctivi in verbis diversarum conjugationum, tam singularis quam pluralis numeri.

(2.) In Pronominibus affixum est, *Me, mihi*; vel *Meus, mea, meum*, in singulari & plurali, per omnes casus & genera.

Resoluta vocali tertii Ordinis, suscipit affixa tertiæ personæ, *Illi, eum, eam, illos, illas*, per Can. X. ut: እሬኢ፡ *Video*. እሬእዮ፡ *Videbo eum*.

Interdum tria præfixa concurrunt in una voce, ut: ወኢለዓለም፡ *Et non unquam* Org.

Tantum de literis servilibus singulatim consideratis;

Sequuntur nunc syllabæ quædam serviles, quales reperiuntur in verbis Decimæ Conjugationis, eorumque derivatis, veluti: አስተ፡ ተስተ፡ ይስተ፡ አስተ፡ atque ምስተ፡ & his similes, quæ in radicis inquisitione tollendæ sunt, ut: አስተጋብአ፡ unde ማስተጋብእ፡ & አስተጋብኦ፡ *Collector*, ምስትጋብእ፡ *Collectio*, quæ vide in Lexico sub ገብአ፡ ምስትሳለም፡ *Pacificator*, ab አስተሳለመ፡ quære sub ሰላም፡ *Pax*.

አን፡ Characteristica est Conjugat. nonæ, ut: አንገለገ፡ quod quære in ገለገ፡

Pronomina & particulas serviles, præter supra allatas, referre nihil attinet, utpote quæ ex Grammatica facilè disci possunt.

Cæterum si de abjectione servilium tantùm quæstio sit, res nullam habet difficultatem. At si radicalis litera deficiens ob rationem aliquam Grammaticam abjecta vel mutata restituenda sit, id demum non nisi ex Grammatica perfectè sciri potest.

Ut

Ut tamen adminiculo aliquo Tyrones juvemus, primò omnium Canones nostros commendamus, quos in Grammatica Lib. I. c. 10. formavimus. Ubi præcipuè notanda est *resolutio literarum* ወ : & የ : *in vocales homogeneas* U & O, nec non I & E, e. g. ቆመ : *Stetit*, facit in Præterito ቆመ : in Subjunctivo እቁም : *Stem.* Sic ሠየመ : *Posuit*, facit in Præterito ሠመ : in Subjunctivo እሢም : *Ponam*. Si ergo abjectis servilibus duæ tantum literæ cum modo dictis vocalibus longis remaneant, putandum est literas ወ : & የ : in vocales affines resolutas, restituendas, suisque locis inter triliteras radices inquirendas esse.

Par ratio est nominum Defectivorum ; nam ሤጥ : *Pretium*, quærendum est in ሠየጠ : & ሙኀዝ : *Ariena* sub መወኀዝ : & ita porro. Sic vice versa ወ : *sub vocali longa sæpe latens*, sese rursus exserit, si per regulas Grammaticales vocalis quædam suscipienda sit, ut : ኮከብ : pro ከውከብ : *Stella*, in plurali habet ከዋክብት : *Stellæ* ; ቀቅሕ : *Vinculum*, መቃቅሕት : *Vincula*. Quodsi deficiat altera radicalis sine ulla literæ abjectæ nota, tunc putandum est, alteram radicalem fuisse similem, ut : ፍድ : pro ፍዱድ : per Can. I. Quamvis id etiam contingat in verbis, quorum prima radicalis est ወ : ubi ወ : sine ulla compensatione aut nota interdum excidit, ut : እድቅ : *Cadam*, pro እውድቅ : & in Nominibus, ut in በአት : *Introitus*, à በውአ : *Introivit*. Ista omnia, ut rectiùs & pleniùs intelligas, Grammatica nostra diligenter perdiscenda erit.

Porrò studiosum lectorem monemus, ne in inquirendis vocibus facile acquiescat, si significatio reperta textui appositè non quadret. Multa enim sunt, quæ eodem planè modo scribuntur, & tamen diversimodè pronunciantur, e. gr. ሐዘነ : Hazzána, *Tristis fuit*, in tertia præteriti persona: & ሐዘነ : Házana, *Tristitiam*, Nomen in statu constructo ; ab absoluto ሐዘን :: መካን : *Meccan, sterilis*, & Macàn *locus*. አሰሩ : Assaru, *Ligaverunt*, & Açaru, *Vestigium ejus*. እምነ : Emmina, *Mater nostra*, & Emna, *A, ab, ex*. Quæ non nisi usu discuntur.

Quædam non pronunciatione, sed significatione tantùm differunt ; adeò ut si significatio reperta ad sensum non quadret, tota radix perlegenda sit, donec alia reperiatur, ut : ገዐዘ : *Castra movit vel Libertatem adeptus est* ; ገዐዘ : etiam est status constructus & *Indolem* &c. significat ; tali casu tota radix est perlegenda.

Postremò cùm apud Æthiopes nihil frequentius sit, quam Antistœchon seu *permutatio literarum eundem sonum habentium*, observandum est, si vox eo modo, quo scripta est, in Lexico non reperiatur, vel significatio non quadret, eam tamdiu sub aliis literis affinibus quærendam esse, donec reperiatur, ut in præfatione monuimus. Quamobrem quoties vocabuli alicujus literæ variari possunt, toties illud in Lexico evolvendum esse memineris, e. gr. Vox ሥሑጽ : *Immutu*, multifariam potest exarari, ut : (1.) ሥሑጽ : (2.) ሥሁጽ : (3.) ሥኁጽ : (4.) ስሁጽ : (5.) ስሑጽ : (6.) ስኁጽ : (7.) ሥሑፅ : (8.) ሥሁፅ : (9.) ሥኁፅ : (10.) ስሁፅ : (11.) ስሑፅ : (12.) ስኁፅ :: Si ergo aliquis tam fortunatus non fuerit, ut maturè inveniat talem vocem, duodecies quærere necesse habebit.

Nos equidem in Lexico nostro operam dedimus, ut voces significatione differentes, quamvis pronunciatione conveniant, si fieri possit, etiam differenter scriberentur, & quidem secundum analogiam & valorem elementorum in reliquis linguis Orientalibus, ut:

ሠረኀ : *Prosperitatem largitus est.* ሰረሐ : *Defatigatus fuit.*

ሠዐለ : *Pinxit.* ሰአለ : *Petiit*, & ሰዐለ : *Tussivit.*

ቀሠመ : *Collegit, Decerpsit*, in spec. *Vindemiavit.* ቀሰመ : *Condivit aromatibus.*

ነጽሐ : *Mundus, purus factus est.* ነፀነ : *Detrusit, Dejecit.*

ዕደው : *Viri.* እደው : *manus.*

ገአዘ : *Reprehendit.* ገዐዘ : *Castra movit*, vel *libertatem adeptus est.*

ጽሉእ : *Invisus. Exosus.* ጽሉዕ : *Ulcerosus.*

አጽመመ : *Surdum reddidit.* አፀመመ : *Sanavit vulnus.*

Denique in Psalterio, quod Deo volente, edituri sumus, eandem scribendi rationem sine variatione retinebimus ; In cæteris tyronem ad Grammaticam nostram ablegamus.

CATALOGUS LIBRORUM TAM
impressorum quàm Manuscriptorum, quibus in conscribendo hoc Lexico Æthiopico usi sumus.

Impressi Biblici sunt:

Quatuor prima capita Genesis, Theodori *Petræi* curâ primùm edita, atq; Jonæ Prophetæ annexa. Eadem M. Georgius Christianus *Burcklinus*, addita versione Latinâ, Francofurti imprimi curavit.

Liber Ruth, Æthiopicè & Latinè à *Nisselio* editus. Lugduni Bat. 1660.

Psalterium Davidis, additis nonnullis Veteris Testamenti *hymnis*, quos Æthiopes adjungere solent, *Romæ* primò Æthiopicè tantùm An. 1513. Johannis *Potkenii* curâ excusum, deinde *Coloniæ* An. 1518. per eundem cum lingua Hebræa, Græca & Latina, sine illis hymnis recusum fuit.

Canticum Canticorum, Romæ An. 1513. Psalterio modo dicto subjunctum.

Joel, Jonas, Sophonias, Malachias Prophetæ, Æthiopicè & Latinè Lugduni Batavorum, à Theodoro *Petræo* & Johanne Georgio *Nisselio* editi. Anno 1660. & 1661.

Novum Testamentum integrum, Æthiopicè tantùm, Romæ An. 1548. prodiit, quamvis Epistolis Paulinis, ut in Oriente moris, anno sequente seorsim editis. Utilem Reipublicæ literariæ operam in eo navavit *Tesfa-Zion* Æthiops, aliàs *Petrus* dictus, dignitate *Komos*, i.e. Ecclesiæ procurator. De qua editione pluribus egimus in Histor. Æthiopica Lib. III. c. 4. §. 7. & ejus Commentar. pag. 297.

Ex istis libris Biblicis *in opere Polyglotto Anglico* recusi fuerunt sequentes:

Psalterium cum *Cantico Canticorum*, & *Novum Testamentum* integrum cura D. Edmundi *Castelli*, qui Psalterium quidem, additis variis lectionibus & notis, satis benè edidit. At Novi Testamenti editionem Romanam τῷ πάνυ secutus est, relictis veteribus mendis quamplurimis, & novis typothetarum incuria superadditis. Sed excusandus est bonus ille vir, quia nullum exemplar MSStum habuit, cum quo impressum conferre potuisset. Nec ullum tunc temporis idoneum Lexicon, quod consulere potuisset, nec Grammatica extabat; nostrum enim nondum erat editum.

Canticum Canticorum cum nonnullis Epistolis Apostolicis *Jacobi, Johannis & Judæ*, *Petræus* & *Nisselius* supra nominati ediderunt quidem An. 1654. & 1656. sed linguæ non satis gnari, nec infinita Editionis Romanæ menda animadvertentes, in editione & versione illorum libellorum præstiterunt, quantum potuerunt. Gregorius profectò visis hisce opusculis parum favorabiliter de iis judicavit. Sic enim die 10. Novembris Anni 1657. Româ ad me scripsit: ርኢኩ፡ ፩ መጽሐፈ፡ እምነ፡ ሐዲስ፡ ፫ መልእክታት፡ ሐዋርያት፡ ዘተኀትመ፡ በአምስተርዳም፡ በዝዘመን፡፡ ዘአምጽአ፡ ዝኩ፡ ቴዎድሮስ፡ ኵለንታሁ፡ ጌጋይ፡ ወስሕተት፡ ዘኢይደሉ፡ አንብቦቶ፡፡ Hoc est: *Vidi quendam librum è Novo Testamento. Tres Epistolæ* (erant) *Apostolorum*, (Jacobi, Johannis & Judæ) *impressæ Amstelodami* (malè pro *Lugduni Batavorum*) *hoc tempore. Quem* (librum) *attulerat ille Germanus* (Theodorus Petræus). *Totus est mendosus & sphalmatis plenus, nec lectu dignus.* Sed boni istorum virorum conatus eandem ac Castellus excusationem ac veniam merentur.

Liturgia, *Romæ* cum Novo Testamento *impressa*. Orationes sunt Eucharisticæ, tempore S. Cœnæ in Ecclesia Æthiopica recitari solitæ. Reperiuntur post acta Apostolorum *fol. 151. seqq.* MISSALE vocaverunt Romæ in titulo Latino Novi Testamenti.

Homilia Chrysostomi de nativitate Christi, edente *Petræo* Lugduni Bat. 1660.

Confes-

Confeſſionem fidei Claudii Regis Æthiopiæ poſt Grammaticam noſtram Æthiopicam cum notis Londini primùm edidimus 1661. Eam poſtmodum in Commentario Hiſtor. noſtræ Æthiopicæ pag. 237. ſeqq. cum pluribus notis repetivimus.

Computus Eccleſiæ Æthiopicæ à *Scaligero* Libr. VII. de emendatione temporum in lucem datus eſt.

Plures libri Æthiopici editi non ſunt.

Sequuntur Manuſcripti.

Pentateuchus, ex Ludovici *Piques*, Doctoris Sorbonæ clariſſimi, exemplari, quod Wanslebius Romæ in hoſpitio Habeſſinorum deſcripſerat, exaratus.

Joſua ſimiliter.

Judicum atque Regum Libros IV. Wanslebii manu deſcriptos modò laudatus Doctor quoque poſſidet, ſed ad me mittere recuſavit. *Vocabula* quidem ex his libris, ut & ex Eſaia, & Conciliis, notabilia ſibi viſa *Gregorius excerpſit*, & ad me miſit, ſed planè imperfecta; etenim nec capita nec verſus appoſuerat, ut difficulter admodum in textu reperiri & applicari poſſent. Fecimus quantum potuimus, ut commodam expoſitionem indagaremus, & Lexico noſtro insereremus; modò verſus allegati ſemper conveniant.

Evangelia MSSta, duorum ſolummodo Evangeliſtarum *Matthæi & Marci*, *in Bibliotheca Regia Lutetiæ Pariſiorum* extant; planè diverſa ab impreſſis, ut paraphraſis magis, quàm verſio videri poſſint. Pauca ex illis pro noſtro ſcopo excerpere potuimus.

Homiliæ & Vitæ Sanctorum quorundam *in Codice Manuſcripto Bibliothecæ Berolinenſis* inveniuntur; ex quibus præter *Iacobum Serugenſem* & alios notos, *Abba Danielem, S.Barbaram, Baaminum, Pachomium, Gregorium Armenum, Beſſadium, Hiſtor. VII. puerorum, &c.* citamus. Illum Sereniſſimus Elector Brandenburgicus lubentiſſimè & benevolentiſſimè nobis conceſſit, & huc ad nos miſit, quod gratâ mente nunc prædicamus.

Organum muſicum B. Mariæ virginis, in laudem illius ſtylo Oratorio compoſitum, in Æthiopia ſcriptum, & à Gregorio noſtro nobis dono datum. Multum nobis in opere noſtro concinnando profuit. Cætera de hoc libro in Commentario noſtro pag. 346. diximus.

ውዳሴ፡ ሰማያውያን፡ ወምድራውያን። *Encomium cœleſtium & terreſtrium.* Hic eſt libri titulus; de autore non conſtat. Poëma eſt inſigne, è Synaxariis Æthiopum Sanctorum nomina eorumque martyria atque miracula, nec non feſta in Eccleſia Æthiopica recepta, metricè referens, ita ut ſingulis totius anni diebus ſuos Sanctos per Odas aliquot elegantes, meris quinionibus rhythmicis conſtantes, attribuat. Ex eo Faſtos ſacros Eccleſiæ Æthiopicæ conſummavimus & in Commentario noſtro pag. 380. Lectoribus exhibuimus. Codicem hunc debemus Clariſſimo Viro D. Eduardo *Pocokio*, de literaturâ Orientali, cumprimis Arabicâ optimè merito.

Orationes Euchariſticæ, quarum aliquæ inter impreſſas ſupra relatas reperiuntur. *Liturgias* vocamus, & hoc nomine MSS. citamus, quia pars Liturgiæ ſacræ ſunt, ut ſupra innuimus. Accepimus illas à D. Edmundo *Caſtello*, Viro ſuprà laudato & ad cœcitatem uſque laborioſo, ſicuti ipſe in præfatione Lexici ſui Polyglotti de ſe teſtatur.

መጽሐፈ፡ ምሥጢረ፡ ሰማይ፡ ወምድር። *Liber myſteriorum cæli & terræ*, autore *Abba Bahaila-Michaele. Revelationes Henochi* continere male creditus fuit Codex iſte, & tam illuſtri nomine in Bibliotheca regia Pariſienſi incautè inſignitus. Nihil enim minus eſt; ut fusè docemus in Commentario noſtro pag. 347. Qua occaſione *Galleſii*, (*L'Abbé Gallois*) Bibliothecæ iſtius cuſtodis, humanitatem iterum laudamus,

mus, qui scopum Serenissimorum hujus Bibliothecæ Fundatorum, privatim prudentissimi Regis sui mandatum ante oculos habens, eam non ut thesaurum absconditum quasi per invidiam occludebat, sed quæ publicè usui esse possent, ex ea liberalissimè impertiebatur, secundum dictum Sapientis Prov.5,16. *Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide.* Is ergo librum illum parum mysteriosum sine ulla dubitatione mecum communicavit.

Eandem rationem considerans Vir Clarissimus Stephanus *Baluzius*, *Bibliothecæ Colbertinæ* præfectus, haud difficulter mihi commodavit librum *Æthiopicum MSStum*, quem vanissimus ille *Tzaga Christus* Lutetiæ Parisiorum reliquerat. Constabat aliquot nullius momenti tractatibus, è quibus nonnulla rariora vocabula ad Lexicon meum faciendum selegi, & *Manuscriptum Colbertinum* vocavi. In calce libri reperi *Epistolam Æthiopicam* anonymi cujusdam *ad* Regem Æthiopiæ *Susneum* scriptam contra PP. Societatis, qui in ea *cognati Pontis Pilati* per ludibrium vocabantur, quasi Jesuitæ Romani illius cives fuissent, uti Balth. *Tellezius* in Lusitanica sua Æthiopiæ descriptione Lib.IV.c.20.p.350. testatur. De qua re Historiam nostram Æthiopicam Lib. III. c.10. §.65. dispicere poteris. Ipsam Epistolam imprimi curavimus in Commentario nostro pag.493. seqq. aliqua etiam augendo Lexico nostro in ea reperimus.

E Codice magno Conciliorum Romæ extante, in Commentario nostro Lib. III. n.XXX. pag.301. seqq. publici juris fecimus:

1. *Epistolam* Regis Constantini, aliàs *Zera-Jacob* dicti.
2. *Exordium cum Summariis* sive capitibus *Canonum Apostolicorum* numero LXXI.
3. *Summaria aliorum Canonum* numero LVI. qui respondent LXXXV. nostratibus.
4. *Statuta* vulgo *Apostolorum* dicta XXIII. Reliqua desunt.

Hos libellos etiam in hoc nostro Opere quandoque allegamus. *Epistolas* nonnullas *Gregorii*, *Malac-Saghedi* Æthiopiæ Regis, nec non *Canones* paucos ex illis qui *Abtelisat* dicuntur, in Commentario nostro citatis locis reperies.

Denique nonnulla tradidimus è libello precum superstitiosarum, quem ጸሎተ፡ ሥቶ፡ *Orationem magicam* vocabat Gregorius. Plures ejus farinæ dantur, de quibus in Commentario nostro Lib.III.Num.XXXV. pag 349. satis diximus.

Siglas, quibus præcedentes Libros in allegatis nostris designamus, post Indicem Studiosi reperient.

Jam sciunt linguæ hujus studiosi, quæ & quanta nobis fuerit Æthiopica supellex. Si quis ergo novum librum acceperit, rariora vocabula ex eo observare & notare poterit.

COROLLARIUM
De primordio studii Æthiopici in Europa ejusque progressu.

PRimus qui literas Æthiopicas Europæ dedit, *Germanus* fuit, *Johannes* Potken/ (i.e. Töpken/ *Ollula*) Præpositus Ecclesiæ S.Georgii, *Coloniensis*. Is artis typographicæ gnarus, & studio rerum peregrinarum inductus, cùm circa annum 1512. Romæ moraretur, typographiam linguæ Æthiopicæ conflavit; in eo deceptus, quod *Chaldaicam* vocitaret. *Psalterium Æthiopicum cum hymnis* nonnullis veteris Testamenti, & *Cantico Canticorum* typis sat elegantibus *Roma Anno 1513. excudit*. Cognoverat enim, in Æthiopia libros istos semper conjunctim reperiri; Psalterium quoque ab Æthiopibus memoriter edisci, quod & in hodiernum usque diem ita obtinet.

Coloniam

Coloniam reversus *Psalterium solum* Anno 1518. edidit *in quatuor linguis*, Hebræa, Græca, *Chaldaica* (ut vocat) & Latina; quo titulo multi decepti fuerunt, ut Chaldaicam linguam peregrinis & ignotis literis ibi traditam esse putarent. In fine adjecerat *Syllabarium*, ex quo viri docti linguam Æthiopicam legere & intelligere didicerunt. Quamvis tunc temporis parum cognita esset & regio & lingua Æthiopum Christianorum, multo minus *Habessinorum*. Genuinum *Axumitarum* nomen, post schisma in Concilio Chalcedonensi ortum, inter nostrates plane exoleverat: Contrà *Presbyteri Johannis* nomen, tanquam potentissimi Indiæ Regis passim percrebuit. Hinc factum, ut cùm Lusitani nostrum *Negus* ንጉሠ፡ ነገሥት፡ ዘኢትዮጵያ፡ *Regem regum Æthiopiæ* Presbyterum Johannem errore magno vocarent, Habessinia, *India major*; & lingua, *Indica* vocaretur. Qua de re fusè disseruimus in *Comment. nostro* Lib. I. n. XX. pag. 75. seq.

§ መስአል፡ Locus petitionis. Oratorium. Sacellum. *Org. Lect.* 4.

§ መስአል፡ Consultor *Chaldæorum de futuris. Syn.*

§ II. ሲኦል፡ *Hebr.* שאול Infernus. *Ps.* 6, 5. *Accipitur pro* Limbo Patrum, *quem reperio in scriptis nonnullorum Æthiopum, ut* ወረዱ፡ ውስተ፡ ሲኦል፡ አበው፡ ቀደምት፡ ወነቢያት፡ Patriarchæ & Prophetæ intraverunt in limbum. *Lib. Myst. c.* 98. *Et sic differt à* ደይን፡ *Quod locum inferni infimum denotat: ex quo nulla redemtio.* (2.) Abyssus, *in Lib. Myst. V.* ቀሳይ፡

† ሰአር፡ Ἀσκὸς, Uter, *aliàs* ዝቅ፡ *Gen.* 21, 14. 15. 19. *At Æthiopes intelligunt* Vas junceum, *quali mulieres in Æthiopia conservando lacti utuntur.* ሰአረ፡ ሐሊብ፡ Mulctrum junceum. *Jud.* 4, 19. *Confer* ሣዕር፡ Gramen: *Num forte metonymice materia pro materiato accipiatur.*

☼ ስአበ፡ Polluit. Maculavit.

§ ተስአበ፡ Pollutus. Maculatus fuit.

§ ስኡብ፡ Pollutus. Maculatus. Impurus. *i. q.* ርኩስ፡ *oppon.* ንጹሕ፡ Casto. *Lev.* 15, 16. *Lit.* 168. *a. Pl.* ስኡባን፡ ነፍስ፡ Polluti anima. Impudici. *Org. Lect.* 4.

§ ስእበት፡ Pollutio. Contaminatio, *opp. est* Pudicitia. *Ebr.* 13, 4. ስእበት፡ ዘሌሊት፡ Pollutio nocturna. *Deut.* 23, 10.

☼ ስእነ፡ *Marc.* 1, 45. Non potuit. Nequivit *facere. Semper enim verbum quoddam, pro subjecta materia est intelligendum*; *ut*: ስእኑ፡ ሐይወት፡ ዘለዓለም፡ Nequiverunt (*acquirere*) vitam æternam. *V. S. Seq. Inf. Matth.* 17, 16. ይስእንዎ፡ ለርህራኄ፡ Non potuerunt (exercere) mansuetudinem; *i. e.* Incapaces fuerunt mansuetudinis. *MSS. Colb. Inf. nom.* ስኢን፡ *&* ስእኖት፡ Impotentia. Inscitia. *Locuti sunt* በእንተ፡ ስእነ፡ ወሊድ፡ quòd nullos possent (procreare) liberos. *V. S.*

§ ተስእነ፡

§ ተስእኖ፡ Non potuit fieri. Impossibile fuit alicui. አልቦ፡ ዘይሰአነክሙ፡ Non est quod sit vobis factu impossibile. Matth.17, 20.

§ ስኡን፡ Impotens. Imbecillus. Debilis ad præstandum aliquid. Gen.49, 13. Æthiops pro παράλιος maritimus, παράλυτος legisse videtur à παραλύειν, Resolvere, Enervare; ut sensus sit Zabulon ስኡን፡ Enervatus, imbecillus habitabit &c. Pl. Rom.15, 1. ስኡናን፡ እምኀይል፡ Debiles præ posse, i.e. Planè imbecilli ad præstandum hoc vel illud, vel potius Qui planè non possunt.

§ ስእነት፡ Impotentia. Defectus virium.

⚙ ሰከለ፡ Uvas tulit vitis.

§ አስካል፡ Hebr. אשכל Uva. Matth.7, 16. አስካለ፡ ወይን፡ Uva vitis. Pleonasticè Syn. Poeticè & metaph. pro Vite; sicuti Ficus & Arborem & fructum significat; ut: ይረክቡ፡ ፍሬ፡ በውስቴቱ፡ አስካሎሙ፡ Invenient fructum in vite eorum. Vit. Pachom. አስካለ፡ አእምሮ፡ እንተ፡ ታሠርፅ፡ ጥበበ፡ Vitis scientiæ, quæ germinare facit sapientiam. Cant.Sam.

* ስቅላብዮስ፡ Rectiùs እስቅላብዮስ፡ Æsculapius, Dioscori æqualis. Enc. 1. Jan. 2.

⚙ ሰከመ፡ Bajulavit. Tulit. Portavit in humeris; & sic derivari potest ab Heb. שכם Humerus. Exod.25, 14. (2.) Sustinere aliquid. እንዘ፡ ይስክም፡ ዐምድ፡ ለዐምድ፡ Ut sustineat columna columnam. Exod.26, 17.

§ አስከመ፡ Onus imposuit humeris, vel cervici alicujus. Matth 23, 4.

§ ተሰከመ፡ In humeros suscepit. Humeris suis imposuit. Semet oneravit. Jud.16, 3.

§ መስከም፡ & መስከምት፡ Contus. Sudes. Pertica, quâ quid portatur; ut: መስከሚሃ፡ ለታቦት፡ በዘ፡ ይስክምዋ፡ ቦቱ፡ Vectes arcæ fœderis, quibus portant eam. Exod. 25, 14. Locum Græcum Exod.26, 17. Δύο ἀγκωνίσκους τῷ στύλῳ τῷ ἑνί. Æthiops reddidit: መስከምት፡ ሠርዌሁ፡ ክልኤ፡ ለአሐዱ፡ ዐምድ፡ Perticas vel sudes trabis (i.e. ex ligno) duas columnæ uni. Quid ἀγκωνίσκοι sint, hærent veteres interpretes. Quidam enim vocabulum Græcum Anconisci retinent, vel in primitivo ἀγκῶνας, ancones, id est, cubitos reddunt: Symmach. κατοχεῖς, retinacula. Vide Flam. Nobilium in locum all. Alia editio habet መስመክት፡ ሠርዌሁ፡ &c. quod reddendum esset Fulcimenta trabis seu tigni ejus. Utra lectio præferenda sit, ex MSS. ipsis aliquando cognoscemus.

* አስኪሬ፡ Peregrinum Σχῆμα. Quære አ፡

⚙ ሰክረ፡ Hebr. שכר Es.19, 14. Inebriatus est. Luc. 12, 45.

§ አስከረ፡ Ebrium reddidit. Inebriavit. ጽዋዕ፡ ዘያሰክር፡ Poculum inebrians. Lit.172.

(2.) Metaph. Stultitia, Amor; Desiderium animum occupavit, ceu vinum caput; & sic tam in bonam, quàm in malam partem accipitur. MSS. Colb.

§ ስኩር፡ Ebrius, Metaph. in bonam partem. Plenus. Repletus. Germ. Voll; ut: ስክርት፡ መንፈስ፡ ቅዱስ፡ Repleta Spiritu S. Org.

§ ሰካሪ፡ Ebriosus. Bibax. Bibosus. Præc. Ap. 13. 14.

§ ሰካር፡ De Fœmina. Bibax. Ebriosa; tanquam esset à masculino ሰኪር፡ Præc. Apost. XVI. Sed mallim ሰካሪት፡

§ ስካር፡ Ebrietas. V. S.

§ ስክረት፡ Idem, vel potius Inebriatio. 1. Pet 4, 3.

† II. ሱካር፡ Saccharum. Ps.18, 11.

* እስኪሮን፡ Nom. propr. & አስክሬን፡ Scrinium. Utrumque vide sub አ፡

* ስኪሮን፡ (vel ና፡) አባ፡ Sikiron Martyr; cui caput atque testiculi abscissi. Enc. 7. Jun. 1.

⚙ ሰከነ፡ Cont E. Decrevit. Imminutus fuit. ፍቅር፡ ትሰክን፡ Charitas deficiet. Matth 24, 12.

⚙ ሰከበ፡ vel ሰክበ፡ Hebr. שכב utrâque formâ ferè promiscue reperitur; dubito an bene. Prior reperitur e.gr. Gen.19, 33. & Lev.20 aliquoties; posterior Gen. 19, 35: c.34, 2. 7: & c. 35, 22: Exod 22, 16. & alibi. Cubuit infans Jesus. Præf. Syn. Recubuit somni vel quietis causâ. Psal. 3, 5. (2.) Concubuit, ut: Conjuges እለ፡ ሰከቡ፡ በእንተ፡ ወሊድ፡ ውሉድ፡ Lit.174. c. 3: i.e. ምስለ፡ Gall. Coucher avec une femme. Gen. 34, 2. 7. ዳግመ፡ ኢትስክቢ፡ ምስለ፡ ምትኪ፡ Rursum ne concumbas cum marito tuo. Vit. Sanct.

§ አስከበ፡ Cubare fecit. Gen. 22, 9. Posuit ad cubandum. Luc. 2, 7.

§ ስኩብ፡ Cubans. Recubans; quasi diceres Depositus. Jacens. Luc. 2, 12.

§ ስክበት፡ Cubatio. Cubitus. Org. Lect. 1.

§ ምስካብ፡ In genere; Locus ubi aliquid jacet vel repositum est. Enc. Cubile; Stratum quodvis, in specie Lectus. Ps. 4, 5.

† ሰኮት፡ Vicus; Via in urbe. Act. 12, 10. pro quo & ሰኰት፡ reperitur. 1. Sam. 16. Plur. አስኩት፡ Matth.6, 2. & አስካት፡ Es. 15, 3.

⚙ ሰከተ፡ — ስክተት፡ vel ስክትት፡ prout ter reperitur Exod. 26, 19: 20. 21. respondet Græco βάσις, quo loco Pedamentum columnæ significat.

⚙ ሰክተየ፡ — ተሰካተየ፡ Ps. 82, 5. Conjuravit. ይሰካተዩ፡ pro ይትሰካተዩ፡ Ps. 101, 9. Inf. nom. ተሰካትዮ፡ Conspiratio. (2.) In bonam partem de Martyribus እለ፡ ተሰካተዩ፡ ወተዘጋጀዩ፡ ለሞቅት፡ Qui convenerunt & decreverunt inter se mori. ጸ፡ ር፡

† ሰኰና፡ Planta sive Solum pedis. Ἴχνος i. e. ima pedis pars. Ps. 17, 42. & sic intelligunt Æthiopes

thiopes loca Ps. 16,6. & 36,3. & 41,10. (2.) *Passim pro πτέρνα,* Calx, Calcaneus; *per Synecd. partis pro toto: ut: Jacob* ይእኅዝ: በእዴሁ: ሰኰና: ዔሳው: tenuit manu sua calcaneum Esavi. *Gen.* 25,25. *Confer* መሰየድ: *sub* ሰ.ይ.ድ: (3.) *Etiam de* Ungula *quadrupedum prædicatur, ut:* እንስሳ: ዘንጽቀ: ሰኰናሁ: Animal cujus fissa est ungula. *Lev.* 11,13. *Pl.* ሰከ.ንው: Ungulæ *quadrupedum. Lev.* 4,11. *Rectius sic reperitur in MSS. Pocok. Ps.* 16,6. & 17,40. *quam singularis in impressis.*

⚙ ሰከወ: — እስኮ: Quæso. Obsecro. *Vide sub* አ:

§ መስኮት: Fenestra; *intelligitur spatium illud apertum in ædibus, per quod lux vel aer admittitur; Vitreas enim nostro more non habent. Act.* 9,25. *Plur* መሳክው: Lumina. 3, *Reg.* 6, 4. θυρίδες. Fenestræ. *Cant.* 2,9.

⚙ ሰከበ: Filum in acum inseruit.

§ ተሰከበ: Insertum est filum *vel simile quid. Sicut margarita* ዘተሰከበ: በፈትለ: ሜላት: quæ inserta est filo purpureo. *Org. Germ.* Eingefädemt.

§ ስኩብ: Filum *in acum* insertum, *vide tamen* 3. *Reg.* 10,12. *ubi Græco* τελεκητῶν, edolatorum lapidum *respondet. Æthiops* de gemmis filo insertis *accepisse videtur. Ephod sacerdotii* ዘስኩብ: በእህናቁ: I Ⲱ B: cui insertæ *vel* annexæ gemmæ XII. *MSS. Colb.*

† ሰኪሄ: Alveus torrentis. *Æ. In Thuringia vocatur* ein Schluster. 1. *Sam.* 20. ሰኪሄን:

⚙ ሰከየ: *Deut.* 19,4. (1.) Confugit. Recepit se in locum tutum velut ad Asylum. ከመ: ይስኪ: ህየ: ቀታሊ: Ut confugiat eò occisor. *Deut.* 4,42. *c. c.* ኀበ:

§ መስኪይ: Asylum. Refugium. *Psal.* 1,3. አህጉረ: መስኪይ: Urbes refugii. *Num.* 35,11. መስኪይ: ለቀታሊ: Asylum occisoris. *Deut.* 19,3.

⚙ II. Reprehendit. Culpavit. Culpæ dedit. Redarguit. *Rom.* 11,2. ወኢትስኪየነ: Et ne reprehendas nos *Domine. Lit.* 172. *c.* 4.

§ ተሰከየ: Reprehensus. Culpatus fuit. Redarguit semet ipsum. በዛቲ: ንሰኪ.ይ: Dum nos ipsos culpamus. *Sic lege Lit.* 173. *c.* 1. *in fin.*

§ ሰካይ: Index, *qui rem prodit.*

§ ስክየት: Indicium. Accusatio. *Lit. MSS.*

§ እስኪት: Testiculus, *q. d.* Indiculus, *testis virilitatis. Convenit cum Hebr.* אשך. *Nos autem propter convenientiam cum radice, hoc in loco relinquere voluimus.* ዘእሐቲ: እስኪቱ: μονόρχις. *Lev.* 21, 20. *Pl.* አሳክት: Testes. *Deut.* 25,11. *Pro Scroto accipiendum videtur apud Poetam. De Anctiano:* መተሩ: እስኪቶ: Amputarunt scrotum ejus. *Enc.* 1. *Decemb.* 4. 3. & 7. *Jun.* 1. 2.

⚙ III. ሰከየ: *Hebr.* שגה *Ps.* 106,4. Erravit. Oberravit. Vagatus est. ሰከ: *habetur Exod.* 14,3.

* ሻው: Shau. *Urbis nomen, ut videtur; ubi S. Victor martyrium passus. Enc.* 5. *Dec.* 7. 4.

* ሸዋ: *hod.* Sceva. Regnum Æthiopiæ, *Amharæ conterminum, vulgò* Schowa, *quod Lusitani scribunt* Xoa; *ejus provincia est* ተጉለት: *Præf. Syn.*

⚙ ሰወለ: — መስወል: *in Plur.* መሳውላት: *idem ac* መሳውድ: Ignitabula *vel* Batilla *secundùm Æthiopem meum. Verùm ista significatio mihi parum quadrare videtur. Textus est:* ወመሳውላት: ብርት: ዘሀው.ዴ: ምሥዋዕ: *In Græco:* Καὶ τὸ παράθεμα τὸ χαλκοῦν τοῦ θυσιαστηρίου. Et additamentum æneum altaris. *Exod.* 39,9 *al.* 38,30. *sic redditur in Bibl. Polyglott. Angl. At* παράθεμα *generale nomen est omnem appositionem denotans. Quid ergo Æthiopicus interpres per suum* መሳውላት: *velit, aliquando cognoscemus.*

* ሳውል: Saul. *Nom. propr. viri & quidem* ጳውሎስ: Pauli, *ante conversionem, ut:* ሠናይ: ጽጌ: ኬፋ: ወጥዑም: ፍሬ: ሳውል: Bonus floribus Cephas, & dulcis fructibus Saulus. *Enc.* 25. *Sept.* 4. 3.

* ሰውላስ: *Ego* ሰውሎስ: *scribendum putaverim.* Saulus *martyr. Enc.* 6. *Sept.* 3. 4.

† ሰወም: *Gemmæ nomen, desumtum ab Hebræo* שהם Onyx, *vel* Sardonyx, *ut mox dicetur. Exod.* 28,20. *Græco* ὄνυχιον *respondet, ista vox tamen Exod.* 39, 13. *al.* 36, 20. *ab Æthiopico Interprete retinetur. Etenim* gemmarum nomina *modo vertunt, modo retinent, incerti veræ & genuinæ significationis.*

§ ሰም: *Contractum quasi ex* ሰውም: *& ex Græco* Σοὸμ *retentum,* 1. *Par.* 29. 2. *quo loco in Alexandrino exemplari habetur* Σόαμ, *quod est ipsum* ሰም: שהם Onyx. *At Exod.* 25, 8. & 39, 10. *non pro* Onychio, *sed pro* Sarda *vel* Sardio *ponitur. Quæ vox etiam alibi ex Græco retinetur. Vide supra c.* 156. *Ut satis pateat Æthiopicum interpretem nec sua, nec peregrinarum gemmarum nomina satis intellexisse. Longiùs adhuc & pejus abscedit Æthiopum* ሰዋሰው: Vocabularium, *quod sic habet:* ሰም: *in Apocalypsi vocatur* ኬልቄዶን: Chalcedonius. *Arab.* ናቲድ: نيجابي *colore rubet instar sanguinis.*

⚙ ሰወረ: *Ps.* 26,9. *Cont. E. Exod.* 26, 7. Texit. Obtexit, & *consequenter* Protexit. *Ps.* 139, 8. Occuluit. Celavit aliquem, *c. c. acc. Act* 20,20.

§ ተሰወረ: *Luc.* 19,42. Absconditum. Occultum *fuit.* (2.) Abscondit se, Disparuit *angelus. Constr. absol. cum affix. ut:* ተሰወሮ: Disparuit ab illo. ይሰወረከ: እስመ: ኅቡእ: Invisibilis tibi est, quoniam occultus est. *Hom. Theoph.* ἄφαντος ἐγένετο. Non apparens factus est, *habetur Luc.* 24, 31. *quod ibi redditur* ጠፍአ: እምኔሆሙ:

አምሰሆሙ፡ ሰቢያ፡ ወነዋእወ፡ Disparuit ab eis confestim & caruerunt eo.

§ ስዉር፡ Tectus. Occultus. Absconditus. Arcanus. *Enc.* 18,34. Obscurus *de libro magico. Enc. Pl. f.* ስዉራት፡ Arcana. Secreta. Mysteria. *Sic lege Matth.* 13, 11.

§ ስዉሬ፡ Tectè. Occultè. *Enc.*

§ ሰዋሪ፡ Occultator. Absconditor.

§ ስዋሬ፡ Absconsio. Celatio: *Enc. De Deo* *remotissimus es* በስዋሬከ፡ quoad absconsionem tuam, *sive* dum occultissimus es. *Lit. Joh.*

§ ምስዋር፡ Locus secretus, *ubi quis absconditur.* Secessus. Latebra. *Ps.* 17, 13. (2.) Καλυμμα, Operculum. Tegmen. *Exod.* 27, 4. & 35, 11. *modo non pro Adyto vel Penetrali acceperit Æthiops: est enim quoad formam nomen locale. Pl.* ምስዋራት፡ Intimi recessus. *Lit.* 172. c. 1. Penetrale domus. Adyta. መንጦላዕት፡ ምስዋራቲሁ፡ Aulæum penetralis ejus. *Lit. Epiph.*

§ መስወር፡ Protector. *Exod.* 15, 2.

† II. ሶር፡ *Hebr.* שור Taurus. *Num.* 29, 8. *Pl.* አስዋር፡ *Ps.* 21, 12.

* ሰዊርስ፡ سويرس *festibaris Coptite in Kal.* Severus *ut videtur. In Extinxim quoq. Enc.* 2. *Octobr.* 2.

—— *Hæresium vindex & ultor. Enc.* 16. *Dec.* 4. 5.

* ሰዊርያኖስ፡ Severianus; *Græcis hodiernus* Σεβηριανός, *cujus memoria celebratur* 21. *Augusti, ac* 23. *Aprilis. Ædificator Xenodochiorum. Enc.* 7. *Sept.* 2. 3.

✿ ሰወሰወ፡ *Contr.* ሰሰወ፡ —— አንሶሰወ፡ *Ps.* 72, 9. *pro* አንሰወሰወ፡ Ambulavit. Deambulavit, *cum compositis. Matth.* 4, 18. 23. *De Infante, quod* አንሶሰወ፡ ambulare inceperet. *V. S.* Incessit. Ingressus est. *Inf. nom.* አንሶስዎ፡ & አንሶስዎት፡ Ambulatio. Obambulatio. *V. S.* (2.) Peragravit *regiones. Enc.*

§ ሰዋስው፡ *A gradiendo sic dicta*, Scala. *Metaph.* Nomenclator. Vocabularium *vulgò*, *quale Kircherus in lingua Ægyptiaca restituta edidit: Arab. dictum* السلم الكبير Scala magna. መጽሐፈ፡ ሰዋስው፡ Librum Scalarum *Gregorius dixit in Epist.* (2.) *Pro Scala, seu Scalis propriè dictis plurale tantum est*, ሰዋስዋት፡ ለያዕቆብ፡ Scala Jacobi. *Lit.* 170. c. 4. *ex Gen.* 28, 12. *Sic allegoricè de S. Maria:* አንቲ፡ ሰዋስው፡ Tu es scala, *ut ita loquamur. Enc.* 3. *December.* 1. 3.

§ ንሶሳው፡ Incessus. Ingressus. Ambulatio. *Org. Lect.* 1. *& alibi.*

§ እንስሳ፡ Animal mutum, *& brutum, à facultate locomotiva sic dictum. Ps.* 146, 10, *sicuti Arabicè à* مشي Incessit. Ambulavit *dicitur* ماشية Quadrupes. Pecus. *Job.* 4, 12. Pecudes. Jumenta. *Exod.* 20, 18.

In Liturg. Apostol. 165. *col.* 1. ፬፡ እንስሳ፡ Quatuor animalia (*de quibus in Apocalypsi cap.* 4, 6.) *propriè & simpliciter, non mysticè accipiuntur ab Æthiopibus, & precibus eorum inter Sanctos verè in cœlo viventes admiscentur, idque etiam alibi legitur.* (2.) *Pro contracto quoque usurpatur, ut Gallicum* Beste. *Lat.* Pecus, *& impingitur hæreticis Enc.* እንስሳ፡ ገዳም፡ Bestia fera. *Ps.* 79, 14. *q. d.* Bestia campi, *quod Æthiops meus de legato Æthiopico* Tzaga-Zaabo *loquens, sæpe in ore habebat.*

§ ተእንስሰ፡ Obbrutuit. Pecus, brutum, *vel bruto similis factus fuit. Org. Lect.* 2. *Inf.* ተእንስሶ፡ Obbrutescere. *Interdum nominascit, & exponitur Gall.* Brutalité, *q. d.* Brutalitas. *MSS. Colb.*

✿ ሰወቀ፡ Fulcire. *Pres. Def.* ሰቀ፡ Fulsit. Suffulsit. Sustentavit *lapsantem, nutantem in lubrico Ps.* 36, 25. ለሰዊቀትየ፡ በሰ፡ እድካዩ፡ Ad sustentandum me. dum labor. *Org. Lect.* 4. (2.) *Vulgo est* Fulcire, *seu* Munire *domum columnis lateralibus.*

§ ሰዋቂ፡ Fultor. Sustentator, *ut:* መርጉዝ፡ ሰዋቂ፡ አብሬስ፡ Scipio, baculus sustentans genua. *MSS. Colb.*

§ ሰዋቅ፡ (*alicubi* ሰዋቅ፡) Sustentaculum. Fulcimentum. Fulcrum. *Ps.* 107, 8. *Deus firmavit terram* ዘእንበለ፡ ሰዋቅ፡ fine fulcimento. *Lit.* 176. *a.* 1. (2.) *Vulgo in Æthiopia sic dicuntur* Columnæ, *latera domus seu ædificii firmantes.*

§ ምስዋቅ፡ *Idem quod* ሰዋቅ፡ *Ps.* 107, 8. *edit. Rom. modo non sit mendosum. Analogicè significat* Locum sustentationis, *ubi quis fulcitur.*

† ሰውጥል፡ *Genus armorum est*, Spicula, *ut videtur; ut: Apud Angelos sunt* ኲያንው፡ ወሰዋትል፡ ዘእሳት፡ Hastæ & Spicula ignea. *Lib. Myst.*

* ስዋኪን፡ *Insula Maris rubri, vulgò* Suaquen, *ardore solis perusta; in extremitate regni Æthiopiæ sita; nunc à Turcis possessa.*

✿ ሰውዐ፡ —— ሶዑ፡ *Matth.* 12, 20. *Non est* λίνον τυφόμενον, *linum fumigans Æthiopibus, sed* Stercus vaccinum *in aridis & ferventibus locis contritum, in quo ignis semel conceptus latè serpit, & fumigat, ut vix unquam restingui possit. Æ.*

✿ ሰወወ፡ Maturuit; *de frugibus Jac.* 5, 7. Maturescere.

§ አስወየ፡ Maturescere fecit. *Enc.*

§ ሰዊት፡ Spica *frumenti*, *in specie* matura. *Gen.* 41, 6. *Num.* 28, 26.

✿ ሰወደ፡ —— መስወድ፡ *Respondet ubique Græco* πυρεῖον, *quod* Focum *vel* Batillum *significat.* መስወደ፡ እሳት፡ Focus accipiendo igni, *vel* Receptaculum ignis. *Exod.* 27, 3. *Pl.* መሳውድ፡ Ignitabula *vel* Batilli, *quibus ignis gestatur. Exod.* 38, 31. 32. *Vide supra* ስወለ፡

✿ ሰዊጥ፡ Fundere. *Pres. Def.* ሰጠ፡ Fudit. *Ps.* 88, 45. (2.) Infudit, *cum prap.* ውስተ፡

ut: ኢመ፡ ሰጠ፡ ውስቴቱ፡ Cum infuderint in illud. *poculum nempe. Org. Lect.* 2. (3.) Sepelivit, *mirâ Metaph. propter rhythmum.* በድ ን፡ ሥጋሃ፡ (ለማርያም፡) ሐዋርያት፡ ጌቴሴማኒ፡ ሰጠ፡ Exuvias corporis ejus (*Virg. Mariæ*) Apostoli in Gethsemane sepeliverunt. *Enc.* 21. *Jan.* 3. 5. (4.) Effudit. *Gen.* 24, 20. Evacuavit. *cum prep.* እም፡ *c.* 42, 35. ሰጠ፡ ለነፍሱ፡ Effudit, *i. e.* exhalavit animam suam. *Lit. Chrysost. Confer* ሠ፡፡

§ ተሰውጠ፡ *i. q.* ተክዕወ፡ Fusus. Effusus est. *c. abs. Ps.* 136, 16. *c. prep.* ውስተ፡ Infundi. *Marc* 4, 37. (2.) *De precibus fusis, ut*: ወይሰ ወጥ፡ ባቲ፡ ለከ፡ & funditur tibi laus in ea, *sc.* አኰቴት፡ *oratione Eucharistica Lit.* 168. *c.* 4.

§ ስዉጥ፡ Fusus. Infusus *c. c.* ውስተ፡ *Org. Lect.* 3. Effusus. መዓር፡ ስዉጥ፡ ውእቱ፡ በበ፡ ጽጌያቲሆሙ፡ Mel diffusum est in omnibus & singulis floribus *herbarum. MSS. Colb.*

§ ስወጥ፡ Effusio *secundùm radicem.* ስወ ጥ፡ ስርናይ፡ *Cant.* 7, 2. *ubi Græcus habet* θημωνία, Acervus, Cumulus, *quod e Æthiopi reddidit per* Effusionem, *vel potiùs* Confusionem *seu* Coacervationem.

§ II. ሰውጥ፡ Scutica. Mastix. *Greg. Carm. Pl.* አስዋጥ፡ *Enc.* 16. *Nov. confer &* ሠ፡፡

✿ ሰወጠጠ፡ — አንሰወጠጠ፡ *Contr.* አንሶጠጠ፡ Horrorem, Terrorem incussit. *IV. Esdr.* 5, 14. *Inf. nom.* አንሶጥጦ፡ Perterrefactio. *MSS. Colb.*

† ሰዐ፡ *ex Chald. & Syr.* שעה Hora. *ut*: በኵሉ፡ ጊዜ፡ ወበኵሉ፡ ሰዐ፡ Omni tempore & omni horâ. *Org.* ሰ፡ *quarti Ordinis est propter sequentem gutturalem Ordinis sexti; hâc verò ob statum constructum in primum translatâ, etiam* ሰ፡ *in primum redit; ut*: ሰዐ፡ ዕሴት፡ ወፍዳ፡ Hora retributionis, *tam præmii quam pœnæ, i. e.* Tempus extremi judicii. *Enc.* 4. *Magi.* 2. 3. *Etemm* (2.) *Meton. pro* Tempore *accipitur, ut*: በ ሰዐ፡ መንዳቤ፡ Tempore tribulationis. *Enc.*

§ ሰዓት፡ *f. Arab.* ساعة Horam *in genere &* horæ punctum *seu* momentum *in specie significat; ut: Sanata fuit* ሶቤሃ፡ እምውእቱ፡ ሰዓት፡ illa ipsâ horâ, *seu* illo horæ momento. *Matth.* 9, 22. ለሰዓት፡ Ad horam, *i. e.* exiguum *vel* breve tempus. *Heb.* 11, 25. (2.) Tempus *in genere, ut*: ሠለስቱ፡ ሰዐት፡ ዘበዓላቲሆሙ፡ Tribus (καιροὺς) temporibus, *i. e.* Vicibus, festorum celebrabitis, *Exod.* 23, 14. *Pl.* ሰዓታት፡ *f.* Horæ. *Meton.* Excubiæ, *quia horas observant & indicant. Ps.* 76, 4. *Vide* ተረክበ፡ *col.* 156.

✿ ሰዐለ፡ Tussivit.

§ ሰዓል፡ Tussis.

✿ ሰዐመ፡ Osculatus est. *Matth.* 26, 48. *Poeticè* Osculatus est pedes pro aliquo; *idem est ac* Oravit *sive* intercessit; *ut*: ኦ እግዝእ፡ ክርስ ቶስ፡ ለቱ፡ እንዘ፡ ተሰዐማ፡፡ Pedes Christi in ejus gratiam, *vel* ejus causâ, dum osculaeris *Maria. Enc.* 7. *Dec.* 3. 3.

§ ተሰዐመ፡ Osculò exceptus fuit.

§ ተሳዐመ፡ Osculari se invicem. *Ps.* 84, 11.

§ ስዕመት፡ Osculum. *Cant.* 1, 1.

✿ ሰዐረ፡ *Hebr.* סער Sustulit. Delevit. Abolevit. *Ps.* 10, 16. Abrogavit *legem, verbum Dei. Matth.* 15, 6. Destruxit *regnum. Poet. Enc.* 14. *Oct.* 4. 5. *opposita sunt* ሠርዐ፡ Ordinavit, & ሠይመ፡ Posuit. (2.) Dimisit *abituros.* Veniam abeundi dedit. *Luc.* 2, 29. *i. q.* ተፈነወ፡ *col.* 369. (3.) Deposuit. Movit *ab officio. Luc.* 16, 4.

§ ተሰዐረ፡ Sublatus. Deletus. Abrogatus fuit. *Org. Lect.* 1. ይሰዐር፡ ኀይልከ፡ Tolluntur vires tuæ. *Lit. Joh. Mors omnia* tollit. *ibid.* (2.) Dimissus fuit *ab officio. Act.* 24, 27. Depositus *vel* Motus fuit *Senatu, dignitate. Enc.* (3.) Liberatus est *à morbo, ut*: ተሰዐረ፡ እምደዌ፡ *Luc.* 13, 12.

§ ስዑር፡ Motus *senatu.* Depositus *sacerdotio.*

§ ሰዓሪ፡ Qui tollit, abolet, abrogat. Subversor *legum. F.* ሰዓሪት፡ *Org. Lect.* 1.

§ ስዕረት፡ Depositio *à dignitate & honore.*

✿ ሳዕሰዐ፡ — አንሳዕሰዐ፡ Bullire *seu* fervere fecit; *ut*: ያንሳዕስዓ፡ ለቀላይ፡ ከ መ፡ ጽሀርት፡ *Lib. Myst. c.* 11. *Verba hæc desumta sunt ex Jobi cap.* 41, 22. *al.* 31. *ubi Græcè legitur*: ἀναζεῖ τὴν ἄβυσσον ὥσπερ χαλκεῖον. Fervere facit abyssum tanquam ahenum.

✿ ሰዐዘዘ፡ Torpor; *qualis accidit cruribus compressis, ut nihil sentiant.* Torpedo. Stupor. *Org.*

§ አስዐዘዘ፡ *Contr. pro* አስዐወዘዘ፡ Torpore affecit, Stuporem induxit *membro*: ἐνάρκησε. *Gen.* 32, 31. 32.

§ መስዐዝዝ፡ Stupefaciens. Torporem inducens *visum. Org. Lect.* 4.

✿ ሰዘረ፡ Spithamâ complexus *vel* mensus est, *ut*: *Deus* ዘሰፈሮሙ፡ ሰሰዘረ፡ ወዘአ ድግረ፡ ደለወ፡ qui cœlos spithamâ mensurat, & qui montes ponderat. *Enc.* 7. *April. ex loco Es.* 40, 12. *Deus* ሰዘር፡ ለሰማይ፡ በሕፍኑ፡ pugnô suô continet cœlum. ጸ፡ ር፡

§ ስዘር፡ *Hebr.* זרת Spithama. Dodrans. 1. *Sam.* 17, 4.

† ስዘን፡ *In fabula Lib. Myst. sic vocatur arbor, de qua comederant Adam & Eva, ut*: ስዘ ን፡ ዘውእቱ፡ ሰንደል፡ በሂል፡ በነገረ፡ አ ግዓዚ፡ Sezen, id est Sandalum in lingua Æthiopica. *c.* 18.

✿ ሰዘየ፡ Cessavit. Omisit *vel* Cunctatus est, *ut videtur, ut*: ምሕረተ፡ ነዳያን፡ ኢለቡ፡ እንበለ፡ እሰዝይ፡ Miserationem pauperum *ut* intelligam, neque cunctet, *i. e.* sine cunctatione. *Enc.* 12. *Mart.* 4. 3.

† ሲይል፡ *Interjectio est*: Heu! Eheu! *contr. cum affixo*

affixo ሴሰየ፡ Heu mihi! *in MSS.* ሴዬሰየ፡ *Pf.* 119, 5. ሰዓት፡ ሴዬል፡ Hora Eheu! ejulatus. *Enc.* 11. *Jul.* 2. 3.

✿ ሰየሐ፡ — ሲየሐ፡ Vasculum thuribulum, *vulgò* Porcellana. ሲየሐ፡ ወርቅ፡ Scrinium porcellaneum aurò cinctum. *Org. Lect.* 2. (2.) *Quodvis* Vas pretiosum. ሲየሐ፡ ሠናን፡ Thuribulum pretiosum. *Org. Lect.* 3.

† II. ሲኪ፡ *ut*: ደዌ፡ ሲኪ፡ *Germ.* Sicch. Tumor pedum, *morbus molestissimus*, *& in partibus Indiæ*, *quæ D. Thome vocantur*, *communissimus*. *Amhar.* ኩብኒ፡ *Lex. Amh. c.* 67. *dictum*, *secundum Æthiopem meum. Sed pro Ictero ponitur Lev.* 26, 16. *Verum interpres in talibus quodlibet pro quolibet ponere consuevit*, *ut apparet ex Deut.* 28, 22. * Sih *Urbs quoque est. Enc.* 27. *Febr.*

† ሰየም፡ *Vide* ሠየም፡ *Male pro* ሰየም፡ Nomen, *in* ጸ፡ ር፡

✿ ሴሰየ፡ *Contracte* ሴሰየ፡ Aluit. Cibum potumque præbuit. *Psal.* 50, 15. Cibavit. Nutrivit. *Pf.* 32, 19.

§ ተሴሰየ፡ Cibum potumque accepit. Nutritus. Altus fuit. *c. c.* በ፡ *Org. Lect.* 3. *& simpliciter* Cibari. *Gen.* 6, 21. (2.) Edere *simpliciter*, *q. d.* Cibavit. Aluit. Nutrivit semet; *& sic constr. abs. ut*: ዘይሴሰይ፡ እክልየ፡ Qui vescitur pane meo. *Pf.* 40, 1\[illegible\]. *&* 126, 3. *Inf. nom.* ተሴስዮ፡ Nutritio. *MSS. Colb. c.* 99.

§ ሲሳይ፡ Alimentum. Nutrimentum; *pec.* Cibus & potus. *Pf.* 41, 3. *Sic reddiderunt Græc.* ὀψώνιον, Opsonium. *Luc.* 3, 14. (2.) Quæstus, Usura. *Luc.* 19, 23.

§ ሲሲት፡ Cibus. *Matth.* 6, 25.

§ መሴሲይ፡ Altor. Nutritor. *Org. Lect.* 5. *F.* መሴስይት፡ *Ibid. &* መሴሰይት፡ *Org.* \[illegible\]

✿ ሰየበ፡ *Hebr.* שׂיב *Arab.* شاب Canus factus est. Canescere.

§ ሲበት፡ *Contr.* ሲበት፡ *Hebr.* שׂיבה. *Arab.* شيبة Canities. ይጠልል፡ በቅብእ፡ ሲበትየ፡ Pinguescet oleo canities mea, *i. e.* canum caput meum. *Pf.* 91, 10. *Sic Pf.* 22, 5. *Impinguasti oleò caput meum. Capita enim oleò ungere solebant prisci Hebræi.*

§ ሰዩብ፡ שָׂב Canus. *Fem.* ሰይብ፡

† ሰይጣን፡ שָׂטָן Satanas. Diabolus. Cacodæmon. *Joh.* 6, 71. *Pl.* ሰይጣናት፡ *&* ሰይጣውያን፡ Cacodæmones.

§ ተሰይጠነ፡ In Diabolum conversus, *seu* Diabolo similis factus est. *Gall.* Endiablé. *Inf. nomin.* ተሰይጥኖ፡ Teufeley.

§ ሰይጣናዊ፡ Satanicus, Diabolicus.

✿ ሰየፈ፡ *Arab.* ساق Ense percussit. Caput gladio amputavit. *Enc.* Dissecuit. Dispescuit, *tanquam gladio*, *ut*: ፀሐይ፡ ንጸል፡ ዘይሰይፍ፡ ወይነፍቅ፡ Fulmen forte, quod dispescit & rumpit. *L. MSS.*

§ ሰይፍ፡ *Ita quoque Chald. Syr. & Arab. Græcè* ξίφος. Gladius. Ensis. ሰይፍ፡ ዘክልኤ፡ አፉሁ፡ δίστομος, Gladius anceps *Pf.* 149, 6. *Pl.* አስይፍት፡ *Org. Lect.* 1. *&* አስያፍ፡ *Mich.* 4, 3.

§ ሰያፊ፡ سياف Gladiator. Ensifer. *Pl.* ሰያፍያን፡ Accincti gladio. *Org. &* ሰያፍት፡ Gladiatores. *Enc.*

* ሰዶም፡ Sodoma *Urbs.*

§ ሰዶማዊ፡ Sodomæus. Sodomita. *MSS. Colb.*

* ሲድራቅ፡ Sadrach *cum sociis Mesach & Abed-nego. Enc.* 2. *Dec.* 1. 2.

* ሲድራኮስ፡ Sidracus. *Pater Theodori martyris. Enc.* 12. *Jan.* 5. 3.

† ሲድስ፡ Sex. *Nomen temporale*; *ut*: አኮኑ፡ ሰዱስ፡ መዋዕል፡ ውእቱ፡ Nonne sex dies sunt *&c. Luc.* 13, 14. *Sed per Enallagen Cardinalis pro Ordinali* Sextus.

§ ሳድስ፡ *fœm.* ሳድስት፡ Sextus. *Luc.* 1, 26. *de mense. F.* ሳድስት፡ *Num.* 29, 29.

§ ስድስ፡ Sex, *formâ antiquâ. In statu constr.* ስድስ፡ *Ruth* 3, 15.

§ ስሱ፡ *Contr. pro* ስድሱ፡ *per Can.* 2. Sex. *Matth.* 17, 1. ካዕበተ፡ ስሱ፡ Bis sex, *i. e.* Duodecim *Poeticè. Enc.* (2.) *Per Enall.* Sextus. *Matth.* 20, 5. *&* 27, 45.

§ ስሳ፡ *Contr. pro* ስድሳ፡ Sexaginta. *Matth.* 13, 8. *cujus character est* ፷፡

§ ስድስቱ፡ Sex, *cujus character est* ፮፡

* ሳዶቅ፡ Tzadok *martyris nom. Hebr. Enc.* 27. *Febr.* 2.

✿ ሰደቀ፡ Cumulavit. Coacervavit. *Cant.* 2, 5.

§ ተሰደቀ፡ Accumulatus. Coacervatus fuit. *Syn.*

* ሲዶና፡ Sidon, *in acc. Græc. Urbs maritima Palæstinæ. Gen.* 49, 13.

† ሳዳይ፡ *Hebr.* שדי *Nomen DEI* Omnipotentis. *Enc.* 23. *Dec.* ኤል፡ ሳዳይ፡ אל שדי *in* ጸ፡ ር፡ *promanavit ex Ezech.* 10, 5. *ubi Græci retinuerunt Hebræum* Σαδδαι.

✿ ሰደደ፡ *Pf.* 108, 15. Pepulit, *cum compositis*: Propulit. Depulit. Expulit. Ejecit. *Marc.* 5, 40. In exilium misit. Relegavit. (2.) Pepulit domo uxorem, *i. e.* Repudiavit. *Hom. Mariæ. In spec.* Ejecit *vel* expulit ex Ecclesia; *Can. Cl.* 57. (3.) Produxit, Eduxit, *vel* Emisit *animal. Malach.* 1, 8. Emisit *taurum ad certamen cum vicini armentarii tauro. Greg.* (4.) *Accipitur etiam in bonam partem*: Discussit, Dispulit *tenebras. Enc.* (5.) *Respondet passim Græco* διώκειν, Persequi, *quod alias est* ዴገነ፡ *&* ረደፈ፡ *ut*: *Matth.* 5, 10. 11. 12. 44. *& Pf.* 108, 15. *&* 118, 161. *In quibus locis* Expellendi *vel* in exilium ejiciendi *significatio locum habere potest*; *at locus Matth.* 23, 34. καὶ διώξετε, ወትሰድዱ፡ እምሀገር፡ ውስተ፡ ሀገር፡ Et persequemini ex urbe in urbem; *commodè aliter reddi nequit.*

Nota: Ps. 101, 9. *legitur* እለ፡ ይሰድዱኒ፡ *ubi Græca versio habet* οἱ ἐπαινοῦντές με. Laudantes me, *quâ lectione stante, corrigenda esset Æthiopica versio, & legendum* እለ፡ ያቄድሱኒ፡ qui laudant me. *Si vero lectio Æthiopica in omnibus libris constans est, tunc Scholia secutus videtur Æthiopicus interpres, quæ habent* οἱ καταστασιάζοντές με. Seditionem excitantes contra me. *Et sic locum habere potest Æthiopicum* እለ፡ ይሰድዱኒ፡ Qui expellunt me. *Vide Flam. Nobil. in vers. LXX. Tom. VI. Polygl. p.* 115.

§ ተሰደደ፡ *Def.* ተሰዴደ፡ Expulsus. Ejectus fuit. *Matth.* 5, 10. *In specie* In exilium missus fuit. Dispelli *à vento. Enc. In Canonibus est* Ejectus, Pulsus fuit ex Ecclesia. *Can. Cl.* 28. *sicuti dicimus: Senatu motus fuit. Inf. nom.* ተሰድዶ፡ Expulsio. Exilium. *Rom.* 8, 35. *Contr.* ተሰዶ፡ *Vit. Sam. &* ተሰዴት፡ Exilium. Relegatio *Gen. Abtelis* 12.

§ ስዱድ፡ Expulsus. Exul. Relegatus. *Pl.* ስዱዳን፡ *Lit.* 168. *c.* 2. Ecclesiâ moti. *Pr. Ap.* 15.

§ ሰዳዲ፡ Expulsor *Qui in exilium mittit.* 1. *Tim.* 1, 13. *In bonam partem*; Depulsor *rei malæ. Enc.* 3. *Dec.* 2. 2.

§ ስደት፡ Expulsio. Relegatio. Exilium. *Matth.* 13, 21.

❁ ሰገል፡ Ars magica *quævis. Num.* 22, 23. μαντεία, Divinatio. *In spec.* Astrologia. ሰብአ፡ ሰገል፡ Astrologi *pro* Magis. *Matth.* 2, 16. *qui & መሰግላን፡ quod habes infra. Plur.* ሰገላት፡ ወሥራያት፡ Artes magicæ & veneficia. *Syn. In malam plerumque partem accipitur.* መጠንቈልያን፡ እለ፡ ይገብሩ፡ ሰገለ፡ Idololatræ, qui exercent magiam. *Enc.*

§ አሰገለ፡ Magicas artes, Divinationes exercuit. 4. *Reg.* 17, 17. Magica sacrificia fecit በምሕራማት፡ in templis idolorum. *Conf* ረቀየ፡

§ አስተሰገለ፡ Magicas artes & divinationes exercere solitus est. ዘይስተሰግል፡ በሆፋ፡ Auspex. *Deut.* 18, 10. 11. *Differt ab* አሰገለ፡ *sicut habitus ab actu.*

§ መሰግል፡ Magus. Astrologiâ ad pravas artes abutens, *ut:* መሰግል፡ በፀሐይ፡ Divinator ex sole. *Syn. Pl.* መሰግላን፡ *Matth.* 2, 1. 7.

§ ሰገላዊ፡ Magicus; *ad Magos spectans.*

† II. ሰገላ፡ *f.* Ficus Ægyptia. *Luc.* 17, 6. *Amhar.* ሾላ፡ *Lex. c.* 21. *Communem in Æthiopia arborem esse; & ficus magnas ferre, Æthiops meus affirmabat: pro* Συκάμινος, Sycaminus, Sycomorus *semper ponitur.*

† III. ሰገላዊ፡ Vestis pretiosæ genus. *Org. Lect.* 1. Carbasus *exponendum videtur Es.* 3, 24. ሰገላዊ፡ ዘባሕር፡ *pro* flore *seu* herba *quadam odorifera accipitur. Enc.* 6. *Oct.* 35.

ኢይትዔረይዎ፡ ለጼናሁሙ፡ ዋንቋቅ፡ ሰገላዊ፡ ዘባሕር፡ ወጽጌ፡ ዘሐይቅ።
Non æquiparantur odori vestro excellenti Rosmarinus (*ni fallor*) & flos littoris.

† ሰገም፡ Hordeum. *Joh.* 6, 9. 13.

† ስጉርድ፡ Porrum, πράσον. *Num.* 11, 5. *Convenit quidem cum Amharico* ሽንኩርት፡ *sed istud* Allium *significat. Lex. Amh. c.* 30.

† ሰገኖ፡ Struthiocamelus. *Lev.* 11, 15.

❁ ሰገደ፡ *Hebr. Chald. Syr. & Arab.* סגד Adoravit *aliquem toto corpore prostrato frontem terræ allidens, ut in Oriente moris. Græcè* προσκυνεῖν. *Matth.* 15, 25. ሰገደ፡ በገጹ፡ Prostravit se in faciem suam. *Matth.* 26, 39. Genibus alicujus advolutus est, *ut:* ለከ፡ እሰግድ፡ በብረከ፡ ልብየ፡ Te humillime adoro super genibus cordis mei. *Org. Lect.* 6. *c. cum* ዲበ፡ & ውስተ፡ *ut:* ሰገደ፡ ውስተ፡ ምድር፡ Procubuit in terram. *Marc.* 14, 35. *Constr. etiam cum* ለ፡ *Dativi, ut:* ለእግዚአብሔር፡ አምላክከ፡ ትስግድ፡ Domino Deo tuo te prosternito, *sive* procumbito. *Matth.* 4, 10. *Inf. nom.* ሰጊድ፡ Adoratio. *Org. Lect.* 1. *Tantum de adoratione religiosa.* (2.) *Honoris causâ Regem vel superiorem sic coluit* adoratione civili. Er hat ihm eine tieffe Reverentz gemacht/ *ut juvenis Monachus senori; ex. gr.* ሰገደ፡ ሎቱ፡ ወአንዘ፡ በእዴሁ፡ ወአንሥኦ፡ Prostravit se illi; *Samuel autem* prehensa manu erexit ipsum. *Vit. Sam.*

§ አስገደ፡ Ad adorationem induxit. Ad humillimam venerationem permovit. *Org. Lect.* 1.

§ ተሰገደ፡ Adoratus, *seu* veneratione humillimâ exceptus fuit. *Org.*

§ ስጉድ፡ Prostratus. Genibus provolutus. In genua procumbens. *Org. Lect.* 3.

§ ሰጋዲ፡ Adorator. *Pl.* ሰገድያን፡ ለክርስቶስ፡፡ Adoratores Christi, Christicolæ. *Vit. Pach.*

§ ስግደት፡ Adoratio *Deo debita. Lit.* 160. *c.* 2. & 167. *c.* 1.

§ መስገዲ፡ ለኵሉ፡ Qui omnes in sui admirationem inducit *vel* allicit *DEUS Lit.* 173. *c.* 2.

§ መስጊድ፡ *Arab.* مسجد. *Sic vocatur* Templum Turcicum. *Vulgo* Mosquea.

§ ምስጋድ፡ *Locus adorationis.* Sacellum. Sacrarium *supplicationum. Org. Lect.* 4.

❁ ሰፍሐ፡ *Hebr.* שטח Pandit. Expandit. *Num.* 11, 32. Explicuit *velum vel tale quid.* 2. *Sam.* 17, 19. (2.) Manifestavit. Vulgavit.

§ አስፍሐ፡ Expandi curavit.

§ ተሰፍሐ፡ Expansus. Extensus fuit. *Jud.* 4, 22. *dicitur & de homine moribundo membra extendente.*

§ ስፉሕ፡ Expansus. Extensus. *Metaph.* Nudus. Revelatus. 2. *Pet.* 2, 14.

§ ሰፋሒ፡ Manifestator. Revelator ለኅቡእ፡ occulti. *Lit.* 173. *c.* 2.

❁ ሰጠመ፡ — አስጠመ፡ Submersit. Demersit. *Psal.* 68, 3. Obruit *aliquem somnus. Lit. Jac.*

§ ተሰጥመ፡

¶ ተሰጥመ : Submersus. Demersus fuit. አኀዘ : ይሰጠም : Cœpit submergi. *Matth.* 14, 30. ረሲ : ይሰጠም : ኀበ : ዘዚአከ : ፈቃድ : Fac, subjiciatur tuæ voluntati ; *dura Metaphora. Lit. Epiph.*

§ ስጡም : Submersus, Demersus. *Enc.*

¶ ስጥመት : Submersio. Demersio. *Org. Lect.* 2.

§ መስጥም : Submergens, Submersor. *MSS. Colb.* *Aqua diluvii* መስጠሚት : ቤተ : ቃየል : quæ submersit domum (posteros) Kaini. *Ibid. c.* 74.

¶ መስጥም : *Idem, ut* : ባሕር : መስጥም : Mare submergens. *Enc.* *Græcum* ἰῶμεα καταποντισμῦ *reddiderunt* ልሳነ : መስጥም : Linguam submergentem. *Ps.* 51, 4.

✿ ሰጠቀ : *Chald. & Syr.* סדק Scidit. Discidit, Dissecuit. Rupit. *Ps.* 73, 16. *Conf.* ሰየረ : & ሰጠጠ :

§ ተሰጥቀ : Discissus. Ruptum fuit *latus Judæ. Act.* 1, 18.

¶ ስጡቅ : Scissus. Fissus ; *de ungula quadrupedis*, Bisulcus. ዘስጡቅ : ጽፍሬ : Cui bifida ungula. *Lev.* 11, 3. ቈጽለ : ወርቅ : ስጡቅ Lamina aurea fissa, *seu* dissecta. *Org. Lect.* 3.

¶ ስጥቀት : Scissio. Fissio. *Pl.* ስጥቀታት : Fissuræ. Fossæ, *quæ in terra. Comment. Hist. Æ. p.* 499. *n.* 26.

* ሰጣናኤል : *communius* ስጣናኤል : Samaël. *Sic passim scribitur & describitur in sæpius allegato inepto libro Myst. c.* 10. *Abbreviatè* ስጣና : *ibid.* Lucifer, Princeps *primi ordinis* malorum angelorum, *qui à Deo defecerunt.* ጸ : ር :

* ሰጥኑፍ : *Arab.* سطنوف Satnuf. *Nomen loci, ubi recondita ossa Orsi. Enc.* 9. *Aug.* 1. 5.

✿ ሰጠወ : —— ተሰጥወ : Suscepit. Gratum acceptumque habuit *sacrificium Lev.* 1, 4. 1. *Pet.* 2, 5. ኢይሰጠወው : Non recipiente illud *inter sacrificia. Lev.* 19, 7. (2.) Gratificati, *ut* : ኢንሰጠውዎ : በእንተ : ዝንገር : Non gratificabimur ibi in hoc negotio. *V. S.* *Confer* ሠጠወ : Respondit.

§ ስጡው : Gratus. Acceptus ; *sic lege Exod.* 28, 38. *de sacrificio. Lev.* 1, 3.

¶ ሰጣዊ : Qui rem gratam acceptamque habet. ጸ : ር :

† ሰጣዊት : *Reperitur in impressis Cant.* 7, 1 : *Sed malè distinctum, ideoque mendosum est, & scribendum* : ሱላሚጢሳዊት : *prout habetur in MSS. quò Nisselius usus est in editione Cant. Canticorum. Nam* ሱላሚጢስ : *Nomen proprium est* Sulamitis. *Putavit ergo Æthiopicus interpres, esse nomen gentilitium, sicut Arab.* سوماني*. Quæ nomina Æthiopicè desinunt in* awi ; *ut* : ሞአባዊት : Moabitis ; *sic* Sulamitis. *interpres tale nomen esse putavit.*

¶ መሰጥው : Susceptor, *qui petitionem gratam habet. Forma* መበስል : *Lit. Orth.*

✿ ሰጠጠ : Rupit. Laceravit *vestem Matth.* 26, 65. (2.) Scidit. Discidit *aquam maris rubri. Exod.* 14, 21 *Confer* ሰጠቀ ::

¶ ተሰጠ : Ruptus. Discissus fuit, *e. gr. velum Matth.* 27, 51. *terra, Num.* 16, 31.

§ ስጡጥ : Ruptus Laceratus. *Job.* 9, 4. *Cujus* ስጡጥ : መትከፍ : rupti *vel* scissi fuerunt (*scil. gladio*) humeri. *Enc.* 2. *Jan.*

¶ ሰጣጢ : Ruptor. Lacerator. *MSS. Colb.*

¶ ስጠት : Ruptura. *Marc.* 2, 21.

† አንሰጠጠ : Terruit. *Vide* ሰወጠጠ :

† ስጣቲር : *Græc.* Στατὴρ, Stater. *Matth.* 17, 27. *aliàs* ሲጣጥሬስ : *mirâ vocalium transpositione, pro* Στατῆρος. *Quatuor* ድራም : *continere putabat Æthiops meus. Vide Lex. Amh. col.* 82. *Confer infra* ድርሀም ::

✿ ሰከየ : —— ተሰኰየ : Consternatus. Terrore concussus fuit. *Jos.* 5, 1.

¶ II. ስጥየት : Luxuria, *gulæ vitium*, Κῶμος. Commessationes. 1. *Pet.* 4, 3. *mendosum credidissem pro* ስትየት : *nisi similè additum reperissem* ስታይ ::

† ስጲላኽስ : *Græcum est* Σπάλαξ ; Talpa. *Lev.* 11, 30.

† ስጲር : *Græcum* Σπεῖρα ; Cohors. *Joh.* 18, 3.

† ሰፊልያ : Malleus. Martulus ; *malè vulgò* Marculus. *De quo vocabulo vide Plinium Harduini Lib. VII. c.* 56. *p.* 95. *n.* 20. *Conf.* መስፌሕ : *in* ሰፈሐ : *MSS. Colb.*

✿ ሰፍሐ : (1.) *Intrans.* Expandit se. Extensus fuit per se. *Org. Lect.* 1. (2.) *Transitivè accipitur*, Extendit. Dilatavit. Latiores reddidit *res latitudinem habentes* ; *oppos.* ጸበቀ : *Pro* πλυνάτωσαν, Lavent. *Exod.* 19, 10. *malè legerunt* πλατύνωσαν, ይስፍሑ : Dilatent. (3.) Extendit *manum. Psal.* 59, 9. Expandit *alas. Cant. Mar.* 1. 5. *Confer* ሰጥሐ : Distendit. እንዘ : ይሰፍሕዎ : ሐቌ : Cum distenderent ei lumbos, *i. e. torquerent more carnificum. Enc.* 19. *Jun.* 3. 2. *Metaph. de affectibus, amore, misericordia.* ספה & ספח *Hebraïs est* Addidit. Adjunxit.

§ አስፍሐ : *Idem. Org. Lect.* 2. *modo scriptura non sit mendosa*

¶ ስፉሕ : Latus. Expansus. *De via, cælo, & similibus. Ps.* 118, 45. Patens, *ut* : ባሕር : ስፉሕ : Mare amplum, spatiosum. *Enc.* (2.) Ἁπλοῦς, Simplex. *De oculo. Matth.* 6, 22. (3.) Sincerus, *ut* : በንጹሕ : ልብ : ወበስፉሕ : ሕሊና ; Puro corde & expansâ mente, *i. e. patente & sincera, non tecta aut falsa. Org.* *Via* ስፍሕት : Lata. *Matth.* 7, 13. (4.) Extensus, *de manu, ut* : ስፍሕተ : እድ : Extensa quoad manum ; *i. e.* Extendens manum. *Org. Lect.* 5. *Confer* ሰጥሐ ::

በስፉሕ : Latè. *Græc. habet* ἁπλῶς ; simpliciter. *Jac.* 1, 5.

§ ስፉሕ : *Adv.* Simpliciter, *i. e.* in simplicitate. *Ps.* 118, 45.

§ ስፍሐ፡ Latitudo. *Apoc.* 20, 8. (2.) Extensio, *ut in Deo non est extensio. Lit. Epiph.* (3.) Superficies. ወውስተ፡ ስፍሐ፡ ይብስት፡ ፀምር፡ In superficie sicci velleris. *Enc. ex Jud.* 6. (4.) Stamen, Στήμων, *ab extendendo, sive expandendo sic dictum. Lev.* 13, 48. *Lit.* 170. *c.* 3.

§ ምስፋሕ፡ Locus amplus, Spatium expansum. *Lit.* 171. *c.* 2. *ex MSS. sic legendum pro mendose* ምሱፋሕ፡፡ *Non est in divinitate* ምስፋሕ፡ ወምስትጋብእ፡ neque spatium expansum, neque restrictio, *i. e.* neque extensio, neque collectio aliqua partium. *MSS. Colb.*

§ መስፋሕ፡ Malleus, *à dilatandis metallis sic dictus;* በመስፋሕ፡ ኀጺን፡ ሀደሞ፡ አገሪሁ፡ ቀጥቀጡ፡ Malleo ferreo tibias ejus confregerunt. *Enc.* 25. *Aug.* 3. 3. *Vid.* ፋኵሰለ.P፡

✿ ሰፈረ፡ Mensuravit. Mensus est. *Matth.* 7, 2. *Hebr.* ספר Numeravit.

§ ተሰፍረ፡ Mensuratus fuit.

§ ተሳፈረ፡ Commensus est cum aliis, *vel* Mensus est inter aliquos. *Ps.* 59, 6.

§ ስፉር፡ Mensuratus.

§ ሰፋሪ፡ Mensor.

§ መስፈር፡ & መስፈርት፡ Mensura. *Matth.* 7, 2. *At Exod.* 25, 29. *pro* Cyatho *ponitur. Est autem* κύαθος *&* poculi *&* mensuræ *genus, quod capiebat Unciam unam cum duabus tertiis. Alterutrum Æthiopicus Interpres respexisse videtur.* አልቦ፡ መስፈርት፡ A *&c.* Immensurabile, Immensus. *Org. Lect.* 1. *Liberos populi tui* አብጽሖሙ፡ ውስተ፡ መስፈርት፡ አካል፡ perduc eos ad justam staturam. ጸ፡ ር፡

† ሶፌር፡ *Gemmæ species. Org. Lect.* 7. Sapphirum *esse putaverim, quæ aliàs* ሰንፔር፡ *dicitur suprà col.* 171. ባሕርይ፡ ሶፌር፡ Gemma Sophor, *i. e.* Sapphirus. *Enc.*

‡ ሰፈርጓል፡ *Quod etiam distincte scribi solet* ሰፈር፡ ጓል፡ Malum cottoneum. *Ai. ex Syn.*

† አስፈር፡ *Deut.* 28, 22. *è plagarum genere, sed quænam sit, non constat: respondet Græco* ῥίγει. ῥῖγος *autem* Rigorem frigoris, *seu* Horrorem ex febri *significat.*

† ኦስፋሬያ፡ *Accus. Græc.* σπυρίδα. *Vide sub* አ፡

✿ ሰፈነ፡ Principatum. Ducatum tenuit. *c. abs. nec non cum* ዲበ፡ *&* ላዕለ፡ *Org. Lect.* 1. አመ፡ ይሰፍን፡ ኪርያቆስ፡ Regnante Cyriaco. *Enc.* 12. *Jan.*

§ አስፈነ፡ Principem, Ducem constituit, *seu* Principem præfecit. *c. c.* ዲበ፡ *Org.*

§ ስፉን፡ Principalis. Primarius, *ut:* ህላዌሁ፡ ስፉን፡ Substantia ejus prædominans, supereminens. *MSS. Colb.*

§ ሰፋኒ፡ Præcipuus. Primarius. *Dies Dominica* ሰፋኒት፡ præcipua. ጸ፡ ር፡

§ መስፍን፡ Princeps. *Matth.* 2, 6. Dux militum. *Luc.* 23, 47. Præses. Præfectus *provinciæ. Luc.* 2, 2. *Pl.* መሳፍንት፡ *Ps.* 67, 30. Proceres *regni.* Μεγιστᾶνες, Magnates. *Apoc.* 6, 15. *In Lit.* 163. *c.* 1. *præponuntur τοῖς* መኳንንት፡ *quod rectius factum duco, licet Marc.* 6, 21. *postponantur.* (2.) Duces *Israelitarum, vulgò* Judices. *Act.* 13, 20. *unde* Liber *Biblicus, vulgò* Judicum, *sic dicitur.*

§ ምስፍና፡ Principatus. Ducatus. *Gen.* 49, 10. ዘምስፍናሁ፡ መኑ፡ ውእቱ፡ Cujus gubernationis esset? *i. e.* Cui subesset? Aus welchem Gubernament er wäre? *Act.* 23, 34.

§ II. ስፍን፡ Quantus, *ut:* ስፍን፡ ኀፍረት፡ ዘይረክበኒ፡ በይእቲ፡ ሀለት፡ Quanta *erit* ignominia, quæ mihi continget isto die! *Vit. Pachom.* ስፍን፡ እምነ፡ ኤጲስ፡ ቆጶሳት፡ Quotnam ex Episcopis? *Tit. Can. Apost.* 56. *Numerum quoque denotat, ut: Quod decet* ዘይሠይም፡ ኤጲስቆጶስ፡ እምስፍን፡ ኤጲስ፡ ቆጶሳት፡ ordinari Episcopum ab aliquot Episcopis. *Can. Cl.* 56. *in Comment. Histor. Æth. p.* 308.

§ ስፍንት፡ Quantitas. ጸ፡ ር፡

§ እስፍንቱ፡ Quot? *De numero interrogat. Æthiops crebrò in ore habebat; at in libris reperio* ሚመጠን፡ *quod vide sub* መጠን፡፡

† ሰፍንትፍንሀ፡ *Enc.* 12. *Mart.* 4. 2. *Cognomentum est Josephi:* צפנת פענח *quod vulgo legitur* Zaphnat Paneach. *Æthiops verò Encomii author has Hebraicas literas legit* Safanta foneh. *At Gen.* 41, 45. *legitur* ፍስንቶፎኔክ፡ *quod propius accedit ad* Ψονθομφανήχ, *quod LXX. Interpretes habent d. l. Ath. Kirch. in Prodr. Copt. ait, Coptice sic dictum fuisse Josephum, idque significare* Interpretem arcanorum. *De quo alii dubitant.*

† ስፍንግ፡ *Græc.* Σπόγγος, Spongia. *f. Marc.* 15, 36. *Joh.* 19, 29.

* ሶፎንያስ፡ Sophonias, *Propheta notus.*

✿ ሰፈወ፡ — አስፈወ፡ Sperare jussit. Spem alicui fecit, *i. e.* Promisit. *Psal.* 118, 49. *Gen.* 15, 18.

§ ተሰፈወ፡ Speravit. Spem suam *in aliquo* positam habuit. *c. c. aff. seq.* ለ፡ *& c. acc.* እሴ ፈ፡ *pro* እትሴፈው፡ *Psal.* 24, 2. 5. *vel c.* በ፡ *Ps.* 117, 9. (2.) Sperando exspectavit, *ut: Audiat terra* ወትሰፈው፡ (*sic legendum*) ከመ፡ ዝናም፡ ለነገርየ፡ & sperando exspectet tanquam pluviam sermonem meum. *Deut.* 32, 2.

§ አስተሰፈወ፡ Spe certa lactavit. Spem certam *alicui* fecit. 4. *Reg.* 18, 30.

§ ስፉው፡ Speratus.

§ ተስፋ፡ Spes. Promissio. *Act.* 1, 4. ከመ፡ ይትፈጸም፡ ተስፋ፡ Ut fieret, *seu* impleretur promissio. *Enc.*

* ተስፋ፡ ጽዮን፡ Tesfa-Tzion, *q. d.* Spes Zionis. *Nom. propr. viri, & quidem illius qui Novum Testamentum Æthiop. Romæ Anno* 1549. *edidit, aliàs* Petrus *dictus; dignitate* ቀሲስ፡፡

✿ ሰፈየ፡

⚙ ሰረየ፡ Suit. Consuit. Sarsit. *Gen.* 3, 7. አሰፈ፡ *in Bibl. Polygl. Londinensibus* 2.*Cor.* 10, 5. *male & sine sensu assumtum, pro* እተፈ፡ *quod habetur in Codice Rom. Istud vide sub* ተፈየ፡

¶ ስሩይ፡ Sutus. Consutus.

¶ ሰፋዪ፡ Sutor & Sartor, *quæ duo adjectione effectis distinguuntur, ut:* ሰፋዪ፡ አሣእን፡ Sutor calcearius. *Act.* 9, 43.

¶ ሰፊ፡ Sutura. ንዋየ፡ ሰፊ፡ Instrumenta sutoria. *Lib. Myst.*

¶ መስፊ፡ Subula. *Deut.* 15, 17. *Confer* ሰፊ፡ *Amh. Lex. col.* 28.

* ሶፍያ፡ Sophia. *Enc.* 19. *Maji.* 1: 4.

—— *Obiit. Enc.* 3. *Aug.* 1.

—— *Gemma urbis Romæ vocatur. Enc.* 5. *Sept.* 1.

—— *Duas filias habuit,* Barnabam & Axosiam. *Enc.* 5. *Sept.* 1. 2. *quæ, (ni fallor) Enc.* 10. *Jun.* 1. 1. *etiam* Dibamona & Pistamona *vocantur.*

† ሰፋይል፡ *Formam pluralis habet, ut Latinum* Secundæ: Secundinæ *nonnullis.* ለባሴ፡ ሰፋይል፡ Induens secundinas: *Convicium est & contumeliose dictum. Comm. p.* 500. *n.* 29.

⚙ ሰረጠ፡ —— አሰረጠ፡ Decepit. Fefellit. *Gen.* 3, 13. *Inf. nomin.* አስፍጦ፡ Deceptio.

¶ ተሰፍጠ፡ Deceptus fuit.

¶ ስሩጥ፡ Fallax. ወራዙት፡ ስሩጣን፡ Juvenes fallaces; *sic lege Lit.* 171: *t.* 1: *secundum MSS.*

¶ ሰፋጢ፡ Deceptor. Impostor, *F.* ሰፋጢት፡ ብዕል፡ Fallaces divitiæ. *Org. Lect.* 5.

¶ ስፍጠት፡ Deceptio. Fallacia. *Matth.* 13, 22.

* ሰፍያ፡ Sofi. *Regio vel urbs, unde Rifa oriundus. Enc.* 24. *Jan.* 2. 1.

⚙ ሰፈፈ፡ Late patuit. *pecul. de laude.* Percrebuit. Celebris. Clara fuit. *Org.*

¶ ስፉፍ፡ Late patens. Spatiosum. Extensum *firmamentum. Æ.*

ሸ፡

* ሻዑ፡ Shau: *Nom. prop. Vide ante* ሰዌ፡ *c.* 176.

† ሸፈሸፈት፡ ዘወርቅ፡ *reperitur in Lib. Myst. tanquam* Ornamentum aureum frontis. *At Amharice* ሽፋሽፍት፡ Supercilia *denotat. Lex. Amh. col.* 31.

ቀ፡

† ቀሀም፡ Fucus. *Ignavum pecus Virgilii. Vide* መዐው፡ *col.* 104.

† ቃል፡ *f. Ch.* קל (*Rad. Ar.* قال Dixit) Vox. Verbum. በአሐዱ፡ ቃል፡ Uno ore, una voce. *Luc.* 14, 18. እፈቅድ፡ እንግርከ፡ ቃለ፡ Paucis te volo: Ich will mit ein Wort mit dir reden. *Vit. Dan. Accipitur* (1.) *de voce humana, i. e.* Sermone, *ut:* ልዑል፡ ቃል፡ Sublimis sermo: Sublimis stylus *Prophetæ Esaiæ. Enc.* 3. *Jan.* 1. 2. (2.) *De verbis quatenus opponuntur Operibus & factis, ut:* በቃል፡ ወአኮ፡ በምግባር፡ Verbis & non factis. *Hom. de nativ. Christi.* (3.) *De* Verbo substantiali *Dei Patris, i. e.* Jesu Christo; *ut:* እስከ፡ ምጽአት፡ ቃል፡ Usque ad adventum Verbi *i. e.* Christi. *Lib. Myst.* (4.) ቃለ፡ ንጉሥ፡ *vel* ቃለ፡ ንጉሥ፡ *vulgo dicitur* Nuncius *vel* Legatus Regis Æthiopiæ. *Ita semet subscripsit Confessioni fidei suæ* Tzaga-Zaabus. (5.) *De sonitu* Sonus. Sonitus. *Enc. & sic aqua late patet de Hebr.* קול. (6.) የኅብእ፡ ቃለ፡ Rationem reddere. *Matth.* 12, 36. (7.) Versus *seu* Sectiuncula *capitum Biblicorum.* ዐሠርቱ፡ ቃለ፡ Decem Præcepta. *Exod.* 34, 28. *Tamen etiam in plurali reperitur* ፲፡ ቃላት፡ *vide* ቀመመ፡. (8.) Causa, *ut:* ቃለ፡ ዘህጹብ፡ Causas difficiliores *deferant ad se. Exod.* 18, 22. (9.) Res gesta; Acta, *ut Hebræum* דברים *Poetice, ut:* ዘኒ፡ ቃላቲሁ፡ ከመ፡ ይንግር፡ ነሢኦ፡ Historiam actorum ejus ut narraret aperte. *Enc.* 16. *Jan.* 1. 4.

† ቈላ፡ Vallis. *Num.* 13, 24. ጽጌ፡ ቈላ፡ ደንገል፡ Flos vallis, *i. e.* Cnicus. *Enc.* 13. *Febr.* 3. 1. & ቈላት፡ *cum* ት፡ *Paragogico, ut sit abundans. Gen.* 14; 10. *Deut:* 2, 36. *Construitur enim cum verbo singulari* ቈላትኒ፡ ይመልእ፡ Et vallis plena est. *Ps.* 64, 14. *At pluraliter significat Ps.* 103, 11. *ut:* ዘይፈኑ፡ አንቅዕተ፡ ውስተ፡ ቈላት፡ Qui emittit fontes in vallibus. *Non enim in una tantum valle fontes a DEO dantur.* (2.) *Vulgo Æthiopes, sic vocant* Regiones humiles *atque* depressas, *ac ob id* ardoribus solis obnoxias: *Oppos. est* ደጋ፡ *q. v. suo loco.*

⚙ ቀለለ፡ *Hebr.* קלל Facile fuit *dictu vel factu. Matth.* 9, 5. (2.) Levis fuit. *Enc.*

¶ አቅለለ፡ Facile: Facilius *vel* Levius reddidit *aliquid, e. g. navem* Levavit onere. *Act.* 27, 38. Leves reddidit *labores. Exod.* 18, 22: *dolores, & sic construitur abs. ut:* አቀልል፡ ለከ፡ Ich will dir es leicht machen. *Vit. Barb. Diaconi* አቅለሉ፡ ክንፈሆሙ፡ ዘመንፈስ፡ leves reddiderunt alas suas spirituales. *i. e.* alacres fuerunt *ad officium suum. Lit. MSS.* (2.) Pro levi & vili habuit. Parvipendit. Sprevit. *Can. Cl.* 49.

¶ ተቀለለ፡ Exoneratus. Alleviatus fuit *ab onere. Enc.*

¶ አስተቀለለ፡ Summopere parvipendit. Valde leve esse duxit. *Lit.* 175. *c.* 2.

¶ ቀሊል፡ قليل Levis *pondere. Matth.* 11, 30. (2.) ቀሊል፡ ነገር፡ Levius judicium, *seu* facile negotium: *opponitur causa* ዘህጹብ፡ *arduæ. Exod.* 18, 22. 26. (3.) *Oppon.* Terribili. *Enc.* 17. *Jan.* (4.) ቀሊል፡ ረዊጽ፡ Levis cursu, *sive* celeriter currens, Levipes. *Epith. Apostoli. MSS. Colb.*

¶ ቅለት፡ Levitas.

¶ መቅለሊ፡ Qui rem leviorem reddit. *Jesu Christe! qui* መቅለሌ፡ ነገር፡ ለዘህጹብ፡ *levamen*

vamen affers gravatis. *Enc.* 27. *Mart.* 3. 3. Exonerans oneratum. *Fœm.* መቀለሊት፡ ዘእስት ሀፀብ፡ Levamen afferens difficultatibus circumventis. ጸ፡ ር፡

† ቍልሕ፡ Nodus floris. Calyx. *Germ.* Kelch. *Sed hic est* Flos clausus *adhuc, antequam aperiatur. Org. Lect.* 6. *Rosa* እንተ፡ ወጽአት፡ እምኍ፡ ቍላ፡ *pro* ቍልሕ፡ quæ egressa fuit è calyce suo, *per Crasin secundum Can. XI.*

‡ ቀለም፡ *Arab.* قلم Calamus *vel* stylus scriptorius. ከመ፡ ቀለመ፡ ጸሓፊ፡ Sicut calamus scribæ. *Ubi Græcè habetur* κάλαμος. *Psal.* 44. 2. *Nolo* በማይ፡ ሕመት፡ ወበቀለም፡ per atramentum & calamum *tibi scribere.* 3 *Joh.* ℣. 13. (2.) *Pro* Penicillo *accipi videtur Enc.* 29. *Dec.* 6. 2. *Pictura in veste apparuit* እንበለ፡ ቀለም፡ sine penicillo (*facta.*) *Nisi* (3) *de atramento interpretari malis. Nam Ambar.* Atramentum *sic vocatur, Lex. Amh. c.* 31. *Quæ significatio in linguam doctam irrepsit; quamvis (ut modo dictum) Æthiopicè reperiatur* ማየ፡ ሕመት፡: *Sic Gregorius ad me Epist.* 3. ቀለም፡ ወብርዕ፡ Atramentum & Arundo. *Nobis* Feder und Tinte. (4.) *Autor Ep. ad Susn. R. in Comm. p.* 499. *n.* 26 & *p.* 502. *n.* 37. ቀለም፡ *accipit pro* Cortice sententiæ *seu* literæ externo, *quatenus opponitur sensui interno. Pl.* አቅላም፡ & አቅላማት፡ Atramenta, *ut:* እመ፡ ኮነ፡ ርሕበ፡ ሰማያት፡ ሰሌዳት፡ ወዕመቀ፡ አብሕርት፡ አቅላማት፡ Si fuerit vastitas cœli tabulæ, & profunditas marium atramenta, &c. *Sic legitur in Organo Lect.* 4. *Verùm ego malim supplere hiatum hoc modo:* ወዕመቀ፡ አብሕርት፡ [ማየ፡ ሕመት፡ ወዕፀወ፡ ምድር፡] አቅላማት፡ & profunditas marium atramentum, & arbores terræ calami, *tamen non satis scribi posset laus magnitudinis tuæ. Sic genuina Æthiopica significatio vocis* አቅላማት፡ *servaretur. Cæteroquin Simile istud hyperbolicum Æthiopibus satis frequens, etiam Mohammedanis non est ignotum. Nam in Alcorano Sur. XXXI.* ℣. 26. *citato legitur.*

§ ቀለምት፡ Litura *vel* Macula ex quovis colore, *peculiariter* Atramento facta. *Germ.* Ein Kleck. *Æ.* (2.) *Metaph.* Nævus, *vel* Macula quævis alia, *ut:* ሕፅብ፡ ኵሎ፡ ቀለማተ፡ ለ &c. Ablue omnes maculas *peccatorum meorum. Org.*

* ቀለሞን፡ Kelmon. *Monasterii nomen in Ægypto. Enc.* 13. *Dec.* 5. 2.

* ቀሌምንጦስ፡ *Genitivus Græcus* κλήμεντος *ex Epist. Pauli ad Philipp.* 4, 3. *ubi* ቀሌምንጦስ፡ & *alibi sæpe scribitur.* Clemens ረድኡ፡ ጴጥሮስ፡ Discipulus Petri, *quem & Æthiopes Canones Apostolorum scripsisse putant. Enc.* 29. *Nov.* 4. *cùm fuerit Clemens Alexandrinus; ut in Comm. nostro docemus. p.* 339. *n.* 124. *sq.*

† ቀለምጽጽ፡ Scintilla. መጠነ፡ ቀለምጽጸ፡ እሳት፡ Instar scintillæ ignis. *Syrac.*

❁ ቀልቀለ፡ — ተቈልቈለ፡ ፀሓይ፡ Vicinus est occasui sol. *Luc.* 24, 29. *q. d.* Declivis est. Inclinat ad occasum; *sic dici solet cum plus minus duarum horarum spatium diei superest. Inf. nom.* ተቈልቍሎ፡ ፀሐይ፡ *Luc.* 9. 12.

§ ቍልቍለት፡ Declivitas montis; *opposit.* τῷ ዐቀብ፡ *quod est* Acclivitas.

§ ቍልቍልተ፡ Deorsum, *ut: Synodus* ተሰቅለ፡ ቍልቍልተ፡ Suspensus fuit inverso *corpore. Enc.*

§ ቀልቀል፡ Extremitas *montis.* Initium præcipitii. *Ambar.* አፈ፡ ጸድፍ፡ *q. d.* Os præcipitii. *Lex. Amh. c.* 64. & 95. ከመ፡ ታዕድዉነ፡ እምቀልቀል፡ ወጸድፍ፡ Ut transferatis *vel* transire faciatis nos à præcipitio & hiatu. *Enc.* 14. *Dec.* 3. 5.

§ II. አንቀልቀለ፡ *Ps.* 59, 2. Concuti. Moveri, *de terra, domo. Act.* 16, 26. *de mundo. Ps.* 92, 2. (2.) Movere sese, *ut:* ኢተሐወሰ፡ ወኢያንቀለቀለ፡ Non commotus fuit, *vel* non movit se, *neque* decessit loco. *Lit. Orib.* (3.) Amoveri. *Cant.* 2, 17. (4.) *Activè accipitur* ስእንዎ፡ አንቀልቅሎቶ፡ non potuerunt concutere, Commovere *eam. Luc.* 6, 48.

§ ንቅልቃል፡ *forma* ንብልባል፡ Agitatio. Motus. Concussio. *MSS. Colb.* ንቅልቃለ፡ አፉሁ፡ Motus oris, *labiorum* ejus. *ibid.*

❁ ቀለወ፡ *Hebr.* קלה Frixit.

§ ቀሉው፡ Frixus, *vel* Frictus. Tostus. *Levit.* 2, 14. *Ambar.* ቆሎ፡ *In spec.* Leguminia fricta. *Hebr.* קלי *quod Orientalium* Cahwe, *nobis* Caffé *significare crediderim.*

* ቀላውዴዎስ፡ & ቀለውዴዎስ፡ Claudius *Cæsar. Act.* 11, 28. *Item locus allegatur Enc.* 15. *Apr.* 5. 4. *ubi vocatur* አብድ፡ Stultus. *Enc.* 11. *Febr.* 1. 4. *At cùm de Christianis & Rege suo Claudio loquuntur, aliter scribunt & pronunciant* ገላውዴዎስ፡ *quod vide infra in* ገ፡፡

❁ ቀለዐ፡ Detractum fuit *velum vel tegumentum. Lit* 172. *c.* 1. ይቀለዕ፡ ደብተር፡ Detrahatur velum tabernaculo. *Org. Lect.* 5.

§ ተቀልዐ፡ Detractus fuit. *Lit. Jac.*

§ II. ቍልዔ፡ Puer. (2.) Famulus. *Luc.* 1, 54. 69. *F.* ቍልዒት፡ Famula. 1 *Sam.* 25, 28.

§ ቍልዕና፡ Pueritia, *Org. Lect.* 7.

❁ ቈለዘ፡ Putavit *securi.* Amputavit. Abscidit *arbores, frutices, spinas. Org. Lect.* 5.

§ መቍለዝ፡ Securis bellica, *qualem Turcæ in cingulo gestare solent.* Bipennis, *utrinque aciem habens. Arab. & Ambar.* ፋስ፡ *Lex. Amh. c.* 99.

* ቍልዝም፡ Clysma, *urbs Ægypti ad mare rubrum sita. Patria Athanasii. Enc.* 18. *Jul.* 2. 2.

❁ ቀለየ፡ Scrutatus est. Exploravit profunditatem *abyssi. Gall.* Sonder. *secundum Æthiopem meum; at* 1 *Joh.* 3, 20. 21. *agitur de* conscientia, *quæ* redarguit *vel* condemnat *hominem malè sibi con-*

conscium, Græcè καὶ συνειδησιν. Sic etiam Rom.2,15. ልበሙ፡ ይቄልዮሙ፡ Cor ipsorum redarguit eos, ut & 3. Reg. 2, 45.

¶ ቀሉይ፡ Profundus instar abyssi. Org.

¶ ቀላይ፡ Abyssus, Imum tam Maris quàm terræ. Org. Lect.2. ቀላየ፡ ማይ፡ Abyssus seu Profunditas aquæ. Ps.68, 18.19. malè ቀላይ፡ Ps. 42,9. Luc.17,2. quamvis etiam in MSS. sæpè sic occurrat. (2.) Pro Mari ipso. Luc.8, 22.33. (3.) Metaph. de aliis rebus immensè profundis, ut de misericordia Dei, in Org. Lect. 3. Pl. ቀላያት፡ Psal.32,7.

* ቀለዮጳ፡ Accus. Græcum à Καλλιόπη, Calliopæus. Cognomentum Joachimi, patris S. Mariæ. Hom.

† ቀላድያ፡ ዐይን፡ Orbis seu ambitus oculorum vel palpebra potius. Org. Lect. 2. Conf. ቀርንብ፡፡

† መቅለዩ፡ Pelvis ex quo lavamur. Labrum. Exod.30, 18. Pl. መቃልዩ፡ c.24,6.

❂ ቀለጸ፡ Projectum frustum Ore excepit instar canis, ut: Draco ይቀልጸሙ፡ deglutiet eos. Amos.9,3. Custodiar ab ore draconum, qui ይቀልጹ፡ ነፍሳተ፡ avide degluttiunt animas. Org. Lect. 3.

† ቍለፍ፡ Præputiatus. Incircumcisus. Rom. 2,26. Plur. ቍለፋን፡ Org. Lect.4. Amharicum ቈለፈ፡ est Claudere. Obserare, quæ significatio huc facere videtur. Vid. Lex. Amh. c.32. Arabicum قلف Kalifa, media Kesratâ, Incircumcisum, Præputiatum esse denotat.

¶ ቍልፈት፡ قلفة Præputium. Rom.2,25.26. Plur. ቍልፈታት፡፡

❂ ቀለወ፡ cum derivat. V. ቀነወ፡

† ቈጸላ፡ Monile. Ornamentum colli, Vide አክ ተርኪየ፡ c.127. nec non capitis, i.e. Diadema, ut: ወቈጸላ፡ ወርቅ፡ ይደይ፡ ውስተ፡ ርእሱ፡ Et diadema aureum imponat capiti ejus. Org. ex libro Apoc. Esra 3,4. quo loco Cidaris habetur.

† ቍምል፡ Arab. قمل Pediculus. በእንቋል፡ ዘውእቱ፡ ቍምል፡ Pediculis, quadicuntur Kumal. Lib. Myst.

❂ ቀምሐ፡ Edit. Voravit legumina, sive minutum quodvis. In specie & propriè tribuitur pecoribus (Fressen) quæ ሐሠር፡ i.e. Pabulum minutum & concisum vorant; nam de gramine & fæno dicitur በልዐ፡፡ De Cinere. Ps.101, 10.

¶ አቅምሐ፡ Pabulum concisum & minutum pecoribus præbuit. Jud. 19,21.

¶ ቀምሕ፡ Omnis generis fructus tam arborum quam herbarum, qui esui sunt significat; & quidem exactè respondet Græco ὀπώρα, quod Autumnales fructus in genere denotat, atque inter eos Poma. Ps.78, 1. Apoc.18,14. Βότρυς, Botrus. Uva. Deut. 32,32 ἀκρόδρυα, Nuces. Cant.4,13. & 5,1. & 7,13. (2.) Generalius adhuc sumitur, & Legumina tam seminum quàm olerum comprehendit. Plur. አቅማሕ፡ & አቅማሕት፡ ut: አቅማሕ፡ አዝርእት፡ Legumina seminum. አቅማሕ፡ አትክልት፡ Legumina olerum. Org. Lect. 2. አቅማሕ፡ አፈዋት፡ & ጽጌያት፡ Fructus aromatum & florum. Ibid.

¶ ምቅማሕ፡ Præsepe; Galli appositè & secundum radicem nostram Mangeoire. Es.1, 13. Luc.13,15. utroque loco Græcè habetur φάτνη. Differt tamen à ኀል፡ quod vide sub ገወለ፡፡

❂ ቀመረ፡ — ተቀመረ፡ Fornicis instar ædificatum, Fornicatum fuit ædificium. Org. Laquearibus vinctum. Cameratum, Concameratum fuit.

¶ ቅሙር፡ Cameratus. Concameratus, Fornicatus. Laquearibus vinctus. 3. Reg. 7.

§ ቀዳሚ: *Tam substantivum quàm adjectivum est.* (1.) *Substantivè significat* Principium. Initium, *ut:* በቀዳሚ: In principio *creavit Deus, &c. Gen.* 1, 1. ቀዳሚሃ: ለጥበብ: ፈሪሀ: እግዚአብሔር: Initium sapientiæ timor Domini. *Ps.* 110, 9. (2.) Primum *in qualibet re, ut:* ቀዳሚ: ንዋዮሙ: Primum optimi suarum. *Exod.* 35, 5. ቀዳሚ: ጻማሆሙ: *q. d.* Primordium laboris eorum, *i. e.* Primitiæ. *Ps.* 77, 56. ዘቀዳሚ: Quod primum est. *Ps.* 138, 4. (3.) Vetus testamentum, *ut:* መጻሕፍት: ዘቀዳሚ: ወዘዳኅሬ: Libri V. & N Testamenti. *Can. Eccl* 55.

§ II. *Adjectivum est ordinale* Primus. *Matth.* 10, 2. *Adamus vocatur* ቀዳሚ: ፍጥረት: Primus creaturarum. *MSS. Colb. Pl.* ቀደምት: Priori: *ut:* Primi *erunt ultimo loco: Matth.* 19, 30. Prisci. Antiqui. Majores. *Matth.* 5, 21. *In specie* አበው: ቀደምት: Patres prisci; *i. e.* Patriarchæ primævi. *Adam, Seth, Enoch, nec non Abraham, Joseph, David &c. qui & absolutè sic vocantur; tam antediluviani, quam postdiluviani. V. S.* Antecessores. Prædecessores. Die Vorfahren / *ut: Majorem gloriam acquisivit* እምነ: ቀደምቱ: Præ antecessoribus suis: *Enc.* Ἀρχαῖς, *Tit.* 3, 1. *reddidit interpres* ቀደምት: *quasi legisset* ἀρχαίοις, Priscis. *Nisi intelligere velis* Primos dignitate. *Fæm.* ቀዳሚት: Prima. ትእዛዝ: ቀዳሚት: እምኵሉ: Præceptum primum; *i. e.* Præcipuum ex omnibus. *Marc.* 12, 28. ቀዳሚት: ስሙ: መድኃኒነ: ክርስቶስ: Primum nomen ejus Salvator noster est. *Enc. Mar. Pl.* ቀዳሚያት: Primæ, priores, *sc. tabulæ. Exod.* 34, *& substantivè* Primitiæ. *Lit.* 160. *c.* 1. *Confer supra num.* 2.

§ III. *Adverbialiter accipitur.* Primùm: Primò. ቀዳሚ: ኀንደሙ: Olim Pridem [illegible] *Præf. Syn.*

§ ቀዲም: Primordium. Initium. ቀዲመ: መንግሥቱ: ለባቢሎን: Primordium regni Babylonis. *Gen.* 10, 10. *Sic tamen Christus ait, Pater meus cœlestis* ዘሀሎ: እምቅድም: qui est à principio; *i. e.* ab æterno. *Enc.* ዘቀዲም: *Per Periphrasin significat* Antiquus, Priscus; Prior, *ut:* ኃጢአቲሁ: ዘቀዲም: Iniquitates ejus priores. *Enc.* እመቃብሩ: ዘቀዲም: ኀበ: መቃብሩ: ዘካዕበ: E sepulchro suo priori (*primo*) ad sepulchrum suum secundum, *dum transferretur Sanctus. Enc.* 6. *Oct. b.* 3.

§ ቅድመ: Particula, *quæ modo Adverbium, modo Præpositionem denotat, & tam de tempore quam de loco accipitur, ut Latin.* Ante. Primò. Prius. Antea. *Ps.* 5, 3. (1.) *De tempore intelliguntur sequentia; ut.* ቅድመ: ዮም: Ante hunc diem. Ante hac. Olim *V. S.* እምቅድመ: ዝ: Antehac. ቅድመ: *&* እምቅድመ: Priusquam. Antequam. *Utrumque poscit Subjunctivum, ut:* ቅድመ: ይንሥቱ: Antequam destruant *&c. Enc.* (2.) *De loco.* Coram. Ante, *ut:* ቅድመ: ምሥዋዕ: Ante altare. *Matth.* 5, 24. *Novissimi erunt* ቅድመ: Primò, *sive* primo loco, *i. e.* Primi. *Matth.* 19, 30. በቅድመ: Coram. *Psal.* 9, 26. እምቅድመ: E. Ex, De: *Gall.* De devant. *Ps.* 16, 3. እምነ: ቅድሜሁ: Ex (ante) illo, *sed malè. Nam Græcè est* ἐξ Ἐδέμ. *Gen.* 2, 10. ነፋስ: ዘእምቅድሜሆሙ: Ventus qui (ab) ante eos, *i. e.* Contrarius. *Matth.* 14, 24. (3.) *Pleonasticè cum aliis præpositionibus conjungitur, ut:* ቅድመ: መንገለ: Ante versus, *i. e.* Versùs *simpliciter. Gen.* 2, 8.

§ ቅድምና: Principatus: Primatus. ወቅድምናሁ: ኮነ: በመትከፍቱ: Et Principatus est in humeris ejus. *Es.* 9, 6. (2.) Prioritas, *ut: cum de tribus personis dicitur* አልቦ: ቅድምና: ለህላዌቶሙ: Non est Prioritas existentiæ eorum: *Lib. Myst.* አሐቲ: ቅድምና: ወአሐቲ: ሢመት: Una prioritas & unus Principatus. *De Trinitate.* ጸ: ር:

§ ቀዳማዊ: *Idem: MSS. Colb.*

§ ቀዳማይ: *Contr.* ቀዳሚይ: Primus, *Nomen ordinale. Apoc.* 1, 17. Prior. *Matth.* 21, 28.

§ መቅድመ: *&* መቅደመ: *Utrumque enim reperitur.* Inprimis. Omnium primo. Potissimum. *Adv.* መቅደመ: ኵሉ: ነገር: Ante omnia: *Matth.* 6, 33. *Item:* መቅድመ: ፈድፋደ: Maximè verò *seu* potissimum. *Lit.* 76. *c.* 2.

c. 2. (4.) *Periphrasis Adjectivi* Præstantissimus. Excellentissimus, *ut*: ምስለ፡ ኵሉ፡ መቅድም፡ ዐፈራት፡ Cum omnis generis præstantissimus ballamis. *Cant.* 4, 14.

¶ II. መቅደም፡ Pelvis, *cujus ad lavandas manus in templis Æthiopum usus secundum Gregorium utitur.* *Alias* ንብርብ፡ መዝዐብ፡ *q. v.*

† ቄድሮስ፡ *Græc.* κέδρος, Cedrus. *Cant.* 5, 15. *Æth.* ጽኢድ፡

¶ ቄድሮና፡ Cedrinus. *Org. Lect.* 4. *rectius* ቆላሕምን፡ 3. *Reg.* 7, 2. *ex Græco* κ...

ቀደርስ፡ *Lev.* 8, 13. Cidaris. *Græc.* κίδαρις. *Genus pilei quidam esse putant; doctores vero* Fasciam *seu* Tæniam *quâ Orientales, pileolo prius impositò, caput redimire solent. Alias* Tiara. *Tegmen capitis Regum Persiæ. Hodie vulgo* Ein Türckischer Bund: *i. q.* መንዲል፡ *Arabum & Æthiopum. Exod.* 36, 35. *alias* ቀዳርስ፡ & ቀደርን፡ *retento casu Græco Lev.* 16, 4. *Æthiopes nesciunt quid sit.*

✿ ቀደሰ፡ *Ps.* 45, 4. *Conj. E.* Sacrum effecit. Sanctum reddidit. Sanctum. Sacrum habuit; *Vulgo* Sanctificavit. *Matth.* 23, 17. (2.) Sanctum prædicavit, *ut*. *Angeli* ይቀድሱ፡ ኪያከ፡ Sanctum te prædicant. *Lit.* 163. *c.* 2. (3.) Consecravit. Sacram cœnam celebravit *Presbyter. Vulgo Æ.*

¶ ተቀደሰ፡ Sanctus, Sacer habitus. Sanctificatus fuit. *Conj. E. Ebr.* 2, 11. *Dictum ei fuit* ቀደ ስ፡ *sive* Sanctus prædicatus fuit. *L. Chrysost.* *Et sic intelligendum* Sanctificetur nomen tuum! *in Oratione Domin.*

¶ ቅዱስ፡ Sanctus. *Fœm.* ቅድስት፡ Sancta. & *neutraliter* Sanctum; *ut*: ቅድስት፡ ቅዱሳን፡ Sanctum Sanctorum. *Pars templi Hierosolymitani, seu tabernaculi testimonii. Fœmininum autem, quod hoc locò adhibetur, ex Græco fluxisse videtur, ubi* Σκηνὴ *fœmininum præcedit, nempe* σκηνὴ ἡ λεγομένη ἅγια ἁγίων, Scena, *quæ vocatur* Sancta Sanctorum. ደብተራ፡ እንተ፡ ይብልዋ፡ ቅድስት፡ ቅዱሳን፡ Scenam (*tabernaculum*) quam vocant Sanctam Sanctorum. *Hebr.* 9, 3. *alias* ደቢር፡ *ex Hebr.* דביר 3. *Reg.* 7, 50.

* ቅዱስ፡ አምላክ፡ Kyddus-Amlacus. *Nom. pr. viri. Enc.* 17. *Nov.* 1. 3.

¶ ቅዱሳዊ፡ Sanctus. *Greg. in Epist. sed abusive.*

¶ ቅዳሴ፡ Consecratio. Sanctificatio. (1.) *Proprie est* laus, *seu* prædicatio sanctitatis, *cum scil. dicimus*: ቅዱስ፡ ቅዱስ፡ ቅዱስ፡ *ut patet Lit.* 165. *c.* 2. በቅዳሴሆሙ፡ ለሱራፌል፡ *i. e.* cum Seraphim dicunt ቅ፡ ቅ፡ ቅ፡ *Lit. MS.* (2.) *Sic vocantur* orationes Eucharisticæ *a Presbytero in Cœna Domini recitari solitæ; & quidem* ቅዳሴ፡ ሐዋርያት፡ in festo Apostolorum; *in* festo *vero* B. Virginis ቅዳሴ፡ ማርያም፡ *vide Liturgias in Novo Testamento Romano impressas.* (3.) Totus S. cœnæ actus, *quam veteres* Missam *dixere*, Eucharistia; *alias* አኰቴት፡ *quod vide. Lit.* 163. *c.* 2. (4.) ቅዳሴ፡ ቤት፡ Dedicatio, Inauguratio ædis sacræ. *Enc.* 16. *Nov.* 6. 1 *q. d.* Sanctificatio ædis, *Germ.* Kirchweyhe / *quod idem est. Festivitas annua in memoriam dedicationis facta. Enc.* 1. *Febr.* 2. 1. *Quo casu reddendum est* Encænia, *q. d.* Renovatio. *Quamvis enim nulla amplius dedicatio fiat, tamen vocatur* ቅዳሴ፡ *sicut Germanicum* Kirchweyhe / *ut in Enc.* 26 *Junii.* 1. *celebratur* ቅዳሴ፡ ቤት፡ ገብርኤል፡ Dedicatio ædis Gabrielis *Archangeli, & mox* ለለ፡ ቅዳሴ፡ in singulis Encæniis *dicitur. Coptitæ Encænia vocant* مكريز.

¶ ቅድስና፡ Sanctimonia. *Ps.* 29, 4.

¶ ቅዱስና፡ *Idem. Org. Lect.* 3.

¶ ቅድሳት፡ Sanctitas. *Forma* ብሥራት፡ *ut*: *Proficiat nobis cibus iste* ለቅድሳት፡ ወ ለንጽሕ፡ ut sanctitatem & puritatem. *L. Chrys.* *Pasce populum tuum in integritate* ወቅድሳት፡ & sanctitate. *ibid.* (2.) Res sanctæ. *Nolite dare* ቅድሳት፡ res sanctas *canibus. Matth.* 7, 6. & *Lit.* 158. *c.* 3. & 172. *c.* 4. *nisi malis scribere* ቅዱሳት፡

¶ መቅደስ፡ *vel* መቅድስ፡ *Ps.* 10, 4. Sanctuarium. Sacrarium. *Ps.* 19, 2. ጽርሐ፡ መቅደስ፡ Penetrale sanctuarii, *seu* templi, *i. e.* Adytum. *Ps.* 5, 8. ቤተ፡ መቅደስ፡ Domus sanctuarii, *i. e.* Templum. *Matth.* 21, 12. ደብረ፡ መቅደስ፡ Mons sanctuarii. *Ps.* 2, 6. & 14, 1.

¶ ምቅዳስ፡ Locus sanctus. Sanctuarium. ἁγίασμα. *Exod.* 25, 8. ቤተ፡ ምቅዳስ፡ *Exod.* 28, 35. *Idem quod* ቤተ፡ መቅደስ፡

✿ ቀደወ፡ Candidus fuit. *Metaph.* Purus; Intemeratus, Integer fuit de *animo.* Sincerus fuit.

¶ ቅዱው፡ Candidus; Albus; *ut*: *Victor, qui est ovis* ዘአርአያሁ፡ ቅዱው፡ cujus figura candida (*alba*) est. *Enc.* *Metaph. ut Latine* Sincerus. Purus. Intemeratus. Verus. Genuinus; *quatenus opponitur* Adulterino, *pecul. De aromatibus, ut*: ከርቤ፡ ቅዱው፡ Myrrha intemerata, *vel* selecta, *sic* ቀናንሞን፡ & ቀጸቦት፡ ቅዱው፡ Cinnamomum & Calamum aromaticum selectum. *Exod.* 30, 23. *Sic reddiderunt* νάρδου πιστικῆς. *Marc.* 14, 3. *Arab.* قدي & قدو *est* Fragrans. Bene olens: *quæ significatio utcunque ad Æthiopica vocabula quadrare videtur. Metonym. de aliis rebus, quam de aromatibus; ut*: እምነ፡ ቅዱው፡ *in stat. constr.* Mutuus puritti, *i. e.* ex candido, puro & sincero animo profectum. *Enc.* 17. *April.* 2. 3. *Pl.* ቅዱዋት፡ *formationis infolita, ut*: አልባስ፡ ቅዱዋት፡ Vestes pretiosæ, candidæ, splendentes. *Luc.* 15, 22. *Fœm.* ቅድውት፡ *q. v. mox.*

* ቅዱው፡ መዓዛ፡ Kidwa-Maazà, *i. e.* Selectus odor, *seu* suavissimus fragrantià. *Nom. pr. Viri. Enc.* 19. *Oct.* 1. 5.

† ቃንት፡ Genus serpentis. *Ef.*14, 29. *Graecus habet ὄφεις πετομενοι.* Serpentes volatiles; *quales in Ægypto dantur.*

† ቀጠ፡ Kata, Monetæ species, *cujus XX. non conficiunt unum* ወርቅ፡ Aureum. *Numerare solent Æthiopes hac monetâ, ut* : ተሠየጠ፡ በ፶፡ ቀጠ፡ Emtus est *liber hic* quinquaginta Katis.

† ቀሞ፡ 2. *Sam.*2, 23. Cuspis ferrea, *quâ inferior hastæ pars munitur, ut terra infigi possit.*

† ቀጠራቅጢን፡ *Græcum recente casu* καταῤῥάκτης. *Lev.* 11, 17. Catarrhacta *autem est avis, è mergorum genere, fulici simile, sed rostro dentato, ventre albo, rubicundis oculis,* Diomedea avis *à Plinio dicta, quæ in Apulia insulâ quadam reperitur. Æthiopes suum* ጶምበጽ፡ (*sic lege in Lex. Amh. c.* 81.) *esse putant, quæ parva quadam est avicula e passerum genere, nobis ignota.*

† ቀጥራን፡ *Arab.* قطران Pix *vel* Resina cedrina liquida. Schiff. Täär *Germanicè vocaveris. De Serapione:* ነዱን፡ አባሉ፡ ለቀለ ሐተ፡ ቀጥራን፡ ወዘይት፡ Condemnatum fuit corpus ejus ad bullitionem resinæ liquidæ & olei, *h.e.* ut resinæ & oleo ferventi immitteretur. *Enc.* 27. *Jan.* 4. 2.

⚙ ቀጥቀጠ፡ Tero, *cum compositis*. Contrivit. Comminuit in minutas partes. In pulverem redegit. Extrivit. *Gen.* 34, 30. *Plus est quam* ሰበረ፡ *quod simpliciter* frangere *significat. Marc.* 5, 4. Contudit *malleo. Enc.* 25. *Aug.* 5. 3. Conquassavit. Attrivit *corpus hominis. Luc.* 9, 39. (2.) *De chorda, reti vel fune*, Rupit. Dirupit. *Vit. Jac. Serug.*

§ ተቀጥቀጠ፡ *Pf.*123, 7. Contritus, Comminutus fuit. *De fune quoque dicitur abusivè ut* ከገርት፡ ተቀጥቀጠት፡ ruptus est *Vit. Sam.*

§ ቅጥቁጥ፡ Comminutus, Contritus. *Matth.* 12, 20. *Pl.* ቅጥቁጣን፡ Fracti membris *vel ossibus. Matth.*4, 24.

§ ቅጥቃጤ፡ Contritio. Comminutio. (2.) Vehemens afflictio. *Pf.* 13, 7.

§ ንቅጥቃጥ፡ Paroxysmus, *seu* horror febrilis. *Æ.*

⚙ ቀጠነ፡ *Hebr.* קָטֹן *est* Parvus fuit.

§ አቅጠነ፡ Subtile, Tenue reddidit. *Syn.*

† ቀጢን፡ קטן Parvus. Subtilis. Tenuis. ፋስ፡ ቀጢን፡ Ventus *vel* aura lenis. *Enc. Pl.* ቀጢናን፡ Tenues *spica. Gen.* 41, 6. 7. 23. & ቀጠንት፡ አልባስ፡ Subtiles, Pretiosæ vestes. እለ፡ ቀጠንተ፡ ይለብሱ፡ Qui pretiosas vestes induunt. *Matth.*11, 8. *Conf.* ቀድወት፡ *F.* ቀጠን፡ *Lev.* 13, 30.

§ ቅጥን፡ Subtilitas. Subtilis cognitio; *forma* ዕውቀ፡ *MSS. Colb.*

§ ቅጥኣት፡ Tenuitas. *MSS. Colb.*

† ሰቃጥን፡ Hamus. *Matth.* 17, 27. *Radix* አቃጠነ፡ Pisces cepit, *Amharica est. Lex. Amh. c.* 37. *aliàs* ገለበ፡ *q. v.*

⚙ ቀዋዐ፡— ተቀዋዐ፡ *Pfal.* 101, 18. Dedignatus *est. c. abs.* (2.) Tæduit. Piguit *alicujus rei. Cant. E.* እስከ፡ ንትቀጣዕ፡ ሕይወተነ፡ Ita ut tæderet nos vitæ nostræ. 2. *Cor.* 1, 8. Fastidivit. *Apoc.*2, 3. (3.) *Transf.* Cum indignatione aversatus est *aliquem, ac. Pf.*94, 10.

§ አስተቀዋዐ፡ Ad indignationem concitavit. Ad iram provocavit. *Tit.* 3, 2. አስተቀጣዕናከ፡ ለኂሩትከ፡ ዘአበ፡ Ad indignationem provocavi benignitatem tuam. *Org. Lect.* 4.

§ ቀዊዕ፡ *f. Pf.*45, 8. Indignatio. Fastidium. Molestia. *Minus est quam* መዓት፡ Ira.

§ ቀጣዒ፡ Morosus. *Decr. Ap.* 5. *vel rectius.*

§ ተቀዋዒ፡ Indignatione motus, Indignabundus. *Syn.*

§ ተቀዋዖት፡ *Forma* ተፈሥሖት፡ Iracundia, Indignatio. *MSS. Colb.*

⚙ ቀጸጸ፡ *Hebraicum* קוץ Summô fastidio *vel* nauseâ teneor *legitur Pfal.* 119, 158. *&* 139, 21.

§ ቅጹጽ፡ Fastidiosus ciborum. Nauseabundus. *Sic mihi Gregorius exposuit, nec abludit à significatione Hebraica modo allegata. At Judic.* 3, 17. *respondet* ἀστεῖος, Urbanus. *Quæ significatio cum textus Hebraico non convenias, ubi* Pinguis *reperitur, S. Augustinus (allegante Flaminio Nobilio ad hunc locum) qu.* 21. *aliam nobis proponit, nescio unde desumtam, nempe* Exilis, Tenuis, *quæ & ipsa ad textum non quadrat: convenit tamen cum voce sequente.*

§ ቅጽጥ፡ Tenuitas. Exilitas; *manifestè enim opponitur voci* ገዘፍ፡ Crassities. 3. *Reg.* 12, 10. *Conf. supra* ቀጠን፡

* ቀጵሮስ፡ ደሴት፡ Cyprus Insula. *Act.*27, 4. *melius* ቆጵሮስ፡ *Enc.*

—Cypri *Episcopus Lazarus. Enc.*27. *Maji.* 2. 1.

† ቀጵሬስስ፡ Cypressus, *non reperitur in Æthiopia.*

* ቀጵርያኖስ፡ Cyprianus, *in aheno fervido martyrium passus. Enc.*7. *Oct.* 1.

† ቀጽን፡ Calcei genus *totum pedem contegens nostratium more.* አሠኣን፡ Calcei orientales *sunt, solea pedum tantum suppositi. Vid. c.* 117.

⚙ ቀጸለ፡— ተቀጸለ፡ *Cont. E.* Redimitus fuit *corona, sertis.* Coronatus fuit. *Job.*19, 5. ተቀጸለ፡ ገራ፡ ጸሀ፡ ርእሱ፡ Tectus fuit galeâ super caput suum. *Org. Lect.* 5. (2.) Coronavit se ipsum. Coronam *vel* Diadema sibimet imposuit. ወንትቀጸል፡ በርእስነ፡ & coronemus nosmet ipsos. *MSS. Colb.*

§ አስተቀጸለ፡ Redimivit. Cinxit caput *alterius corona, vel* diademate. *Marc.* 15, 17. Coronavit *alium. Cant.* 3, 11. አስተቀጸልዎ፡ ወገለት፡ ርእሶ፡ Coronaverunt eum *coronâ spineâ* in capite ejus. *Matth.*27, 29.

§ ቀጸላ፡

¶ ቀጸላ፡ Corona. Diadema. *Apoc.* 9, 7. *Conf.* አክሊል፡ *sub* ከለለ፡ (2.) Ambitus *tam corona quam structura, e. gr. altaris. Exod.* 27, 3. (3.) Insigne Præfectorum *seu Proregum Æthiopiæ, diadematis speciem habens.*

¶ II. ቈጽል፡ *m. Ps.* 1, 4. & ቈጽል፡ *Enc.* Folium arboris. ቈጽለ፡ ሆሳዕና፡ Folia Hosannæ, *i. e.* Palmæ. *Enc. à dominica Palmarum sic dicta.* (2.) ቈጽል፡ ወርቅ፡ Folium aureum, *i. e.* Lamina aurea; *ut:* ንሣእ፡ ቈጽለ፡ ወርቅ፡ ስሑተ፡ ረቂቀ፡ ወገልፊ፡ ባቲ፡ ጎሞር፡ ዘመና፡ Accipe laminam quandam auream tenuem, & obduc illa Gomor (*vas*) Mannæ. *Exod.* 16, 33. *Recedit planè à textu Græco.* (3.) Folium libri. *Pl.* አቍጽል፡ *Marc.* 11, 8. & ቈጽል፡ *Deut.* 12, 2.

¶ አቈጽለ፡ Folia emisit, produxit *arbor. Org. Lect.* 1.

† ቀጺሞት፡ Calamus aromaticus. *Respondet Græco* Κάλαμο-. *Exod.* 30, 23. *Cant.* 4, 14. *Alibi* ቀጸሞት፡ *ut variè scribuntur peregrina.*

☼ ቀጸረ፡ & ቀፀረ፡ *Sicuti scriptura, ita olim pronunciatione & significatione distinctæ fuere. Nunc verò confunduntur; nos quantum fieri poterit, rursus distinguemus.* ቀጸረ፡ *Ergo nobis erit* Circumsepsit, Sepe vel pariete circumdedit. *Ps.* 16, 10. ቀፀረ፡ *vide infra suo loco.*

¶ *Alia significatio reperitur in Codice MSS. Bibl. regia Paris. ubi Matth.* 6, 16. *Græcum* ἀφανίζουσι τὰ πρόσωπα αὐτῶν, *redditur* ይትሜጸለዉ፡ ወይቀጽሩ፡ ገጾሙ፡ Deturpant & fœdant, *seu* decolorant facies suas.

¶ ተቀጽረ፡ Circumseptus fuit.

¶ ቅጹር፡ Circumseptus, vallo *vel* sepe circumdatus.

¶ ቅጽር፡ Sepes, Claustrum *vel* Munimentum *quodvis. Psal.* 143, 17. *Org. Lect.* 1. Mœnia *urbis; ut* ሀገራት፡ እንተ፡ ቦቲ፡ ቅጽር፡ Urbs vallo *vel* mœnibus munita. *Lev.* 25, 29, 30. Murus. *Cant.* 5, 7. & 8, 10. ቅጽረ፡ መነኮሳት፡ Claustrum monachorum. Monasterium. Ein Kloster. *Enc.* Arx *vel* castrum, & *sic respondet Arabico* ... ቅጽረ፡ ንጉሥ፡ Castra *vel* prætorium Regis circumvallatum. *V. S.*

¶ ቅጽረት፡ Circumdatio; *ut: Vos visitantes loca sancta* እምነበ፡ ቅጽረቱ፡ እስከ፡ መካኑ፡ ዐርገቱ፡ *à loco circumseptionis ejus* (*i. e. sepulchri, ut videtur, ubi Christus natus fuit*) *usque ad locum ascensionis ejus. Epist. Zaga Zabi in Comm. p.* 302. *n.* 4.

☼ ቀጽቀጸ፡ *Convenit cum Arabico* قصقص Confregit; Comminuit; *ut:* ይቀጸቅጸኒ፡ ስቃይ፡ *Degravat dolore sermonis; itaque reddendum:* Excruciant me lumbi mei. *Esa.* 21, 3.

☼ ቀጸበ፡ Innuit, Nutu *vel* oculis, *manu aut vultu* significavit. *Germ.* Wincken. *Luc.* 1, 62. Indicavit *Joh.* 13, 24. Monuit *in genere.* እስመ፡ ቀጸቡክሙ፡ *fodaliter* ... Quæ significaverunt vobis. Designavit. *const. c.* ለዐለ፡ *ut* ቀጸቡ፡ ለዐሌሁ፡ Designarunt eum. *Act.* 19, 33. (2.) Delusit *quasi digito monstrando.* Illusit. *Hom. Chrysost.*

¶ ተቃጸበ፡ Alter alteri innuit: Signum *oculis, manu* dedit, *alterius derisionis causa. Ps.* 34, 19. *Sic cum acc. constr. de pluribus intelligitur, qui signis deludunt vel irrident aliquem. Luc.* 16, 14. *quod vulgò* Subsannare *vocant.*

¶ ቅጽበት፡ Nutus. ቅጽበተ፡ ዐይን፡ Ictus oculi. Momentum. *Germ.* Ein Augenblick. 1. *Cor.* 15, 52. *Lit.* 16. *c.* 4.

☼ ቀጸወ፡ Curvavit. Incurvavit. Depressit. *Ps.* 56, 8. & 68, 11. *ubi in Græca versione Codicis Colon. reperitur* συνεκάμψα, *malè pro* συνέκαμψα, Inflexi. (2.) Complanavit. Præparavit *semitam; ut: Sequuntur vestigia patrum* ዘቀጸዉ፡ ለነ፡ አሰረ፡ *qui* complanaverunt nobis semitam. *MSS. Colb. Sic Ps.* 138, 2. ፍኖትየ፡ ወአሰርየ፡ አንተ፡ ቀጸውከ፡ Vias meas & semitas meas tu complanasti.

¶ ተቀጽወ፡ Incurvatus, Inflexus, Depressus fuit. *Ps.* 34, 13. & 37, 6.

† ቀጻሊ፡ Chamæleon *Æ.*, *retinetur tamen ipsa vox Græca* ከሜሌዎን፡ *Lev.* 11, 30.

☼ ቀፀረ፡ Irretivit. Nodis constrinxit. ቀፀረ፡ *scribitur in V. S. & significat* Colligavit. Connodavit. *Metaph.* Dolo *vel* fraude usus est *in aliqua re, & construitur absol. Exod.* 22, 8. (2.) Insidiatus est; *ut:* ለእመ፡ ቀፀረ፡ ከመ፡ ይቅትሎ፡ Si insidiatus est ut occideret. *Exod.* 21, 14. *Examussim convenit cum Hebr.* קשר *quod* Ligare, Colligare, & Conjurare *significat. Confer supra* ቀጸረ፡

¶ አቀፀረ፡ Ad dolum faciendum instruxit. Subornavit. *Sic lege Act.* 6, 11.

¶ አስተቃፀረ፡ Pactus fuit cum aliquo subdolè contra alium. *Gall.* Faire un complot. *Vide* 4. *Reg.* 12, 20.

¶ ቅፅረት፡ *q. d.* Reticulatio. *E nodis instar retis factum opus.* ቅፅረተ፡ ልብሱ፡ Connodatio vestimenti ipsius. *Exod.* 28, 39.

☼ ቀፀወ፡ ... መቅፀውት፡ Olla. *Num.* 11, 8. *Jud.* 6, 19. *Pl.* መቃፀውት፡

† ቀፃ፡ Alveare *vel* Alvearium. 1. *Sam.* 14, 27. *In Æthiopia ex quatuor asseribus longa conficit* ...

☼ ቀፈለ፡ 3. *Reg.* 6, 18. Obduxit *auro vel alio metallo. Exod.* 25, 11. Inauravit.

¶ አቅፈለ፡ Obduci curavit በወርቅ፡ auro. *Enc.* 18. *Sept.*

¶ ተቀፍለ፡ Obductus fuit ወርቀ፡ auro, *cum acc. materiæ. Exod.* 26, 29. & *cum* በ፡ *Exod.* 27, 11.

¶ ቅፉል፡ Circumtextus *vel* obductus *auro.* Inauratus; *ut: Arca* ቅፉለ፡ ወርቅ፡ obducta auro. *Org. Lect.* 4. *Plur.* ቅፉላን፡ በወርቅ፡ *Exod.* 26, 32. *In femin.* ቅፉላት፡ *Exod.* 37, 4.

§ ቀፈሉ፡ወርቅ፡ *forma* ገበሬ፡ *Exod.25,18.* Opus auro obductitium, *si ita loqui fas est, vel* deaurandi ars.

۞ ቀፈረ፡ — ቀፉር፡ Superior pars columnæ, Capitellum, *ut*: ይዱረገ፡ ዕረየ፡ እምቀፈረ፡ ሀምዱ፡ Cohæreat pariter à superiore parte columnæ. *Exod.26,24.* *Conf.* ሬእስ፡ *&* ሁቃዱ፡

§ መቀፈርት፡ Scapula, *ut videtur. al.* ተ ካልኣ፡ *ut*: ተብለየ፡ዘመቀፈርት፡ ἐπωμίς, Scapularis vestis. *Exod.28,4.* *angusta & stricta secundum Æthiopem meum.*

* ቀፈሪ፡ አባ፡ Abba-Kefri, *vinxit Draconem instar ovis. Ene. 8. Nov. 1.*

* ቀፈርንያ፡ Copronia (*ut videtur*) *sub Diocletiano passa. Ene. 1. Jul 1.*

† ቀፌት፡ *Sic in MSS. semper; at in Org.* ቀፈት፡ Durities. ቀፈት፡ ልብ፡ ወሥጋ፡ Obstinatio cordis & carnis. Pertinacia. *Lit.169.c.2.*

۞ ቀፈጸ፡ Detexit, *seu* Detraxit *velum.* Revelavit. *Es.24,1.* *Hinc dicitur de fœminis*: Denudavit *pudenda earum. Es.3,17.*

§ ተቀፈጸ፡ Detectus est, *ut*: ይትቀፌጸ፡ ኀፍረቶሙ፡ Detecta est ignominia vel turpitudo eorum. *Es.20,4.* Panla, Aperta fuit *porta, ut*: ይትቀፌጸ፡ ኆኅት፡ Reseratur janua. *Lit. Job.*

§ ቅፉጽ፡ Detectus. Revelatus.

በ፡

በ፡ *Est præpositio inseparabilis.* In, *quæ variè significat; ut in Gram. nostra Lib.V. videre est. Latine plerumque nomen adjunctum per ablativum Instrumenti efferendum est; ut*: በረድኤት፡ እግዚአብሔር፡ Auxiliò Divino. Mit der Hülffe Gottes.

ብ፡ Particula *servilis, cum affixis* ብየ፡ Est mihi, Habeo. ብከ፡ ብኪ፡ Habes.

ቦ፡ *Masculinum, &* ባ፡ *fœmininum.* Est, datur. *Significationis ratione inter Verba anomala & impersonalia recensimus. Gr. L. II. c.28. Cùm diversa sententia referuntur, ajunt*: ቦዘይቤ፡ ወቦዘይቤ፡ Est qui dixit, & est qui dixit *&c. h. e.* Quidam dicunt sic, quidam dicunt aliter, *i. e.* Secundùm alios. *Ene. 1. Jan. 1.4.* *Nam & de pluribus accipitur, ut*: ወቦ፡ እለ፡ በጽሑ፡ Et erant qui venirent. *Gen.14,13.* ቦኑ፡ ዘየአምር፡ Estne aliquis qui sciat? *i. e.* Scitne aliquis? *Compositum* አልቦ፡ Non est. Non datur.

۞ ብሂል፡ Dicere. *Verbum est planè anomalon, cùm ratione significationis, tùm ratione conjugationis; nam (1.) Præteritum regulare* ብሀለ፡ *significat*, Opposuit se alicui verbis. Contradixit; *ut: Johannes* ዘይቤ፡ ዘብሀልዎ፡ አይሁድ፡ qui dixit, quòd sese opposuerint, contradixerint illi Judæi. *Comment. p. 499. n. 22.* ብሀልክዎሙ፡ Opposui illis. *MSS. Colb.* (2.) *Præteritum autem, cùm simpliciter significat* Dixit, *per literas* አትይን፡ *Futuri more conjugatur, ut*: እቤ፡ ትቤ፡ ይቤ፡ Dixi, Dixisti, Dixit. *Tertia autem persona* ይቤ፡ *per* Ait, inquit, *communiter exponi potest in allegationibus Scripturæ; ut*: ቀዱስት፡ ኦሪት፡ ትቤ፡ Sancta Lex ait, *i. e.* in Lege extat vel legitur. *Org.* *Præsens est* እብል፡ Dico *&* *Subjunctivus* እበል፡ dicam. *Quæ habes in Gram. nostra Lib. II. c.27.* (2.) *Compositus* Prædixit *futura significationem habet in Can. Clem. 8. ut*: ኢትብል፡ በትእምርት፡ Ne dicas per signa, *i. e.* Ne divinaveris per prodigia. *Inf.* ብሂል፡ *variè significat*: (1.) *sæpe nominascit, & accipitur pro* Voce, Vocabulo. Dictio *vulgus ait) ut*: በርተሜ፡ ብሂል፡ ወልደ፡ ጾም፡ ብሂል፡ Bartuma vox, filium jejunii significat. *Enc. 9. Febr. 2. 5.* ለኪ፡ ይደሉ፡ ብሂል፡ እምነ፡ ወብሂል፡ እግዝእትነ፡ Tibi competit appellatio, Mater nostra, & appellatio Domina nostra. *Org.* (2.) *Plerumque impersonaliter, ut jam dictum, pro* id est, *seu* significat *accipitur. Marc. 3,17. ut*: ዘብሂል፡ *Org. &* ዘውእቱ፡ ብሂል፡ *Gall.* C'est à dire. id est. Hoc est. *Matth.27,46.* *Interdum Latinè commodè per* Interrogare *&* respondere *redditur, ut*: ሶበ፡ ይቤልዎ፡ ሰብእ፡ Cum interrogarent eum homines: *Quare fugis?* ይቤሎሙ፡ Respondit eis *&c. Ene. 10. April. 1.3.* (3.) እሁ፡ ብሂል፡ Annuere. Obtemperare. *Vide* እሁ፡ *in* አ፡ *Pl.* ብሂላት፡ Voces. Verba.

§ አብለ፡ Dicere fecit, Curavit. እሁ፡ አብለ፡ Annuere fecit. Persuasit. In suam sententiam perduxit. *Matth.27,20.* እሁ፡ በልኒ፡ ወእሁ፡ አብሎ፡ Annue mihi (*fœmina*) & annuere fac eum. *Org.*

§ ተብህለ፡ Dictus, Dictum est. *Imperf. Matth.1,22. Luc.4,12.* *Inf.* ተብሂል፡

§ ተባህለ፡ Contendit verbis. Contradixit. Alter alteri dixit. Disceptavit unus cum alio; *ut*: ተባህሉ፡ በበይናቲሆሙ፡ Disceptarunt, disputarunt inter se. *Marc.9,34.* *Sic etiam lege Marc. 4,41. c.c.* ምስለ፡ *ut: Gen. 27,19.* ተባህሉ፡ አሐዱ፡ ምስለ፡ ካልኡ፡ Contenderunt unus cum alio, *& cum* ለ፡ *Jude v. 9.* *In bonam & malam partem accipitur. Inf. nom.* ተባህሎት፡ Contentio. Disceptatio. *Deut.1,12.*

§ በሃሊ፡ Dicens, *sive* qui dixit. *Plur.* በሀልት፡ ጽድቅ፡ Locutores veritatis. *MSS. Colb. & alibi. F.* በሃሊት፡ *ut*: እሁ፡ በሃሊት፡ Oho dicens *fœm. i. e.* Evandrie, Tractabilis. *Jac.3,17.*

§ ባህል፡ *In utramque partem sumitur.* Contentio. Disceptatio. Contradictio. *Ps 30,26.* *In bonam partem.* Disputatio Dissertatio, *seu* Sermo. *Tesfa-Zion in Epil. N.T.* *Apud Poetam idem quod* ቃል፡ Vox, Sonus, *ut*: ባህለ፡ ብካይ፡ ሰሚዖ፡ *q. d.* Sonitum fletus, *i. e.* vehementem fletum audiens. *Enc. 1. Octob. 2. 3.*

§ መብህላት፡ *Idem quod* ባህል፡ *in* ጸ፡ር፡

۞ በሀመ፡

✿ በሀመ፡ Obmutuit. *Subj.* ይብሀም፡ Obmutescat. *Org. Lect.* 3.

§ በሃም፡ *Arab.* أبكم Mutus, *Psal.* 37, 14. *sic reddiderunt Græcum* ἄλογος, *quasi diceres* Sermonis expers. *Exod.* 6, 12. *Pl.* በሃማን፡ *Marc.* 7, 37. *unde Hebr.* בהמה *q. d.* Animal mutum.

* ብሆር፡ Bihor, *Socius Menna. Enc.* 14. *Dec.* 3. 3. ብሖር፡ *scribitur Enc.* 20. *Maji.*

✿ ባሀረረ፡ — አባህረረ፡ *i. q.* አደንገፀ፡ Pavorem incussit, *ut*: አመ፡ ኢያደንግፆ፡ ሞት፡ ወኢ ያባህርሮ፡ Ne terreat eum mors, neque metum incutiat ei. *Enc.* 2. *Nov.* 2. 3. *&* a. 11. *Jan.*

* ብሕኑ፡ Bihnu, *martyr. Enc.* 20. *Jan.* 4. 4. *Arab.* بهنو.

✿ በሀዘ፡ — ተባህዘ፡ Irritum, Frustra redditum fuit. ሊተሰ፡ ይኄይሰኒ፡ መዊት፡ እምይትበሀዘኒ፡ ምዝጋናየ፡ (*sic lege*) Mihi autem expedit mori potius, quam ut irritum reddatur mihi præmium meum. 1. *Cor.* 9, 15. *Enc.* 5. *Sept.* 3. 1.

† ባሀድ፡ Nomen diei jejunii, *quod observatur in vigilia Epiphaniorum. Hist. Eccles. Alexandr.* p. 5. *ut*: ሰ፡ ለጾም፡ ዕለት፡ ቀዳሚ፡ ዘስሙ፡ ባሀድ፡ Salutem jejunio diei unici, cujus nomen Bahed. *Enc.* 10. *Jan.* 2.

* ቤል፡ Belis *Draco, vel* Idolum Babylonicum, *Enc.* 7. *Jan.* 2. 4.

✿ በለለ፡ — አብለሊት፡ Urtica minor, *magis urens quam* አበርበራ፡ *sic dicta quasi* በላዒት፡ *Gall.* Demangeant la chair. *Th. Petræus. Gregorius vocem Amharicam & speciem quandam* Cardui *esse dixit. Vid. Lex. Amhar.* c. 38.

✿ ባለሐ፡ Liberavit. Eripuit *per vim, vel fortitudinem. Matth.* 6, 13. *Conf.* በለኀ፡

§ ተባለሐ፡ Liberatus, Ereptus fuit. *Org.* (2.) Protectus fuit *scuto. Ibid. Lect.* 2.

§ ባላሒ፡ Liberator. *Lit.* 162. c. 4.

§ ባልሖት፡ Liberatio. *Enc.* 24. *Oct.* 2. 5.

§ መባልሒ፡ *i. q.* ባላሒ፡ *F.* መባልሒት፡ *seq.* እም፡ *Org.*

* ቢልሖር፡ Behal. 2. *Cor.* 6, 15.

* በላርያኖስ፡ (ዮ *male*) Belarianus *vel* Pelargius, *sepultor martyrum. Enc.* 26. *Nov.* 2.

✿ በለሰ፡ *Non occurrit. Nam* እብለስ፡ *Luc.* 7, 43. *est Futurum* እብል፡ Dico, *cum adversativ.* ሰ፡ autem.

† በለስ፡ Ficus *arbor & fructus, sed distingui solent per* ዕፀ፡ *&* ፍሬ፡ *Ps.* 77, 52. *Matth.* 7, 16. *Pl.* አብላስ፡ *Org.*

† በለሳን፡ Balsamum. *Lit.* 175. c. 3. ጸሎት፡ ለቅብኦተ፡ በለሳን፡ Oratio ad unctionem Chrismatis. *Syn.*

* በላስጦን፡ Blastus. *Nom. pr. Viri. Act.* 12, 20.

† ባለቅ፡ Marmor. *Apoc.* 18, 12.

* ባላቅ፡ Balak, *nom. pr. Viri. Num.* 22, 2. *Apoc.* 2, 14.

* ቢሊቅ፡ Belek. *Gen.* 14. 8. *& mox* ✝. 10. ኢሊቅ፡ *Græcum est* ἁλυκὴ Salsa, *quod nomen proprium vallis esse putavit*, ἐν τῇ κοιλάδι τῇ ἁλυκῇ, *in valle salsa reddens*: በቈላተ፡ ኢሊቅ፡ In valle Elek.

* ቡሊቃርጶስ፡ Polycarpus *sacerdos. Scripsit homilias de morte & inferno. Enc.* 29. *Febr.* 1.

† ብለባለ፡ Vestis vilis gregariorum militum *& agricolarum. Es.* 22, 12. *Re verâ est* Pulla *vel* lugubris vestis. *MSS. Cob. Opponitur enim vestitui nuptiali. Org. Lect.* 7.

* በላጥያኖስ፡ Balatianus. *In sede Petri constitutus secundum Poetam. Enc.* 11. *Febr.* 1. *ubi dicitur à Claudio capite plexus. Sed non reperitur in Catalogo Pontificum Romanorum. At Patriarcham Alexandrinum hoc nomine habet Eutychius in Annal. Alex. Tom. II. p.* 399.

✿ በልኀ፡ Acutus fuit. *De verbo Dei, quod* ይበልኅ፡ እምኵሉ፡ መላፄ፡ acutius est præ omni novacula. *Ebr.* 4, 12. *De sonitu tubæ*, እንዘ፡ ይበልኅ፡ ይጸንዕ፡ dum acutus est & validus. *Exod.* 19, 19.

§ አብለኀ፡ Acuit. Exacuit. *Ps.* 63, 3. *&* 139, 2.

§ በሊኅ፡ Acutus. ኵያንው፡ በሊኃን፡ Hastæ acutæ. *Org.* (2.) *De pedibus*, Velox, *ut*: በሊኅ፡ እገሪሆሙ፡ *Psal.* 13, 6. *Rom.* 3, 15. *Græc.* ὀξεῖς οἱ πόδες αὐτῶν. Veloces pedes eorum. *Sed vereor ne interpres Æthiops hoc vocabulum male intellexerit; ὀξὺς enim æquivocum est & acutum & velocem significans.*

§ ብልኅ፡ Acies, Mucro, *ut*: ብልኀ፡ ሰይፍ፡ Acies gladii. *Org. Lect.* 1. ብልኀ፡ ኵያንው፡ Mucrones hastarum. *Enc.*

§ ብልኀት፡ *idem, ut*: ብልኀት፡ መብረቅ፡ Acies, *i. e.* vis & vehementia fulminis. *Lit. Orth.*

† በላኖ፡ *Græc. est* Βάλανος, Glans, *& fructus & arbor. Gen.* 35, 8. *ubi pro* Quercu *accipitur unde per appos.* ዕፀ፡ በላኖ፡ Arbor glandis *dicitur. Jud.* 9, 6. *sed Æthiopibus ignota est arbor ista.*

† ብላኔ፡ *Græc.* Βαλανεῖον, Balneum. *De eo* ዘይትሐፀብ፡ ምስለ፡ አንስት፡ በብላኔ፡ qui lavatur cum mulieribus in balneo. *Syn.* ቤተ፡ ብላኔ፡ Domus balnei, *i. e.* Balneum. *Enc.* 7. *Nov.*

* ብላና፡ Belana. *Presbyter quidam, erga exules pauperes beneficus. Enc.* 8. *Jul.* 5. 1.

† ቢሊን፡ Specillum, *seu Instrumentum, quo ad illinendos stibio oculos utuntur. Arab.* ميل *μήλη. Th. P.*

† በሊኖን፡ Tegumentum, *quo fœminæ in publicum egredientes caput & faciem tegunt*: Suppa*rum. Æ ex Syn.*

* ብላንድዮስ፡ Blandius. *Antiochenus, Pater Fsre. Enc.* 19. *Maji.* 1. 2.

* ባሊኮንስ፡ Baliconis, *martyr. Enc.*

P ✿ በለወ፡

✿ በልዐ ፡ Edit, Comedit. *Tribuitur tam brutis quam hominibus.* Devoravit. *Psal.* 21, 28. Depastus est. *Exod.* 22, 5. Ambedit *tanquam quidquid herbidum & fruticosum. Enc.*

§ አብልዐ ፡ Cibavit. Ad comedendum dedit. *Matth.* 15, 35. (2.) Depasci fecit *vel* sivit *pecus suum alienum agrum. Exod.* 22, 5.

§ ተበልዐ ፡ Comesus, Devoratus fuit. *Num.* 11, 12. (1.) *De igne, ut* በእሳት ፡ ኢይትበላዕ ፡ Igne non consumitur. *Enc.* 20. *Jan.* 2. 5.

§ ተባልዐ ፡ Se mutuo devorare. *Gal.* 5, 15.

§ ብላዕ ፡ አርዌ ፡ Reliquiæ pecudis à feris dilaceratæ, *quæ in dicium causa ad dominum gregis deferuntur.* Θηριόβρωτον *Gen* 31, 39. *Exod.* 22, 13.

§ በላዒ ፡ Edo, Comedo. Vorax. Devorator. *Matth.* 11, 19. (2.) *In bonam partem* Edens. *Æ.*

§ ብልዐት ፡ Esus. Comestio. *Ps.* 52, 5. *in MSS. Pocok. In impressis est* በልዐ ፡ ፡

§ መብልዕ ፡ Cibus. *Matth.* 14, 15. *Pl.* መባልዕ ፡ *V. S. &* መባልዕት ፡ *Mar.* 7, 19.

* በለዓም ፡ Bileam *Propheta improbus. Num.* 22, 5. 10. *Jude v.* 11.

* በለዝ ፡ *Græc.* Βοὸζ *ex Hebr. voce* בֹּעַז *male lecta.* 3. *Reg.* 7, 21. *Est autem* Nomen columnæ sinistræ, *quam Salomon in Portico templi statuit,* 2. *Par.* 3, 17. *altera est* ያቅም ፡ *quod vide ut* ያ ፡

✿ በልየ ፡ *Hebr.* בָּלָה *Arab.* بلى Senescere. Consenescere. Inveterascere; *de quacunque re dicitur.* Vetustatem contrahere. 1. *Pet.* 1, 4.

§ ብሉይ ፡ Vetus, Vetustus; *oppos.* ሐዲስ ፡ *Cor.* 7, 13. (2.) *Absolute accipitur pro* Vet. Test. *sicut* ሐዲስ ፡ *pro* Novo. *Enc.* 6. *Novemb. Arab.* العتيقة والحديثة *eodem sensu. Alias* ቀዲም ፡ ወድኅሪ ፡ *quod vides supra in* ቀ ፡ *col.* 213.

§ በላዪ ፡ Senescens. Veterascens, *ut* : ዓለም ፡ በላዪ ፡ Mundus senescens. *Enc.*

§ ብልየት ፡ Vetustas. Senium. ተሐድሰ ፡ እምብልየት ፡ Renovatus. Restauratus fuit à vetustate. *Enc.* 1. *Maji.* 4. 4.

* ብላዲ ፡ *An* Palladius *martyr? Enc.* 29. *Jun.*

* ባለጣሴዎስ ፡ Balthasius. *Nomen Imperatoris Græci, qui Theophilo Patriarchæ Alexandrino potestatem dedit destruendi templa idolorum in Ægypto, circa annum* 385. *quo tempore regnavit* Arcadius. *Unde autem hoc nomen peregrinum Balthasius, ignoro. Hom. Theoph.*

* ቤልፊዎስ ፡ Belphius. *Martyr. Enc.* 19. *Jun.*

† በሐ ፡ Ave! *Particula salutantis. Matth.* 26, 49. 2. *Joh. v.* 11. *Vulgo Rex ita salutatur, it. Ecclesia. Lit.* 158. *c.* 2. *reliquis vero hodie dicitur* ሰላም ፡ ፡ بخ & بخين Bach & Bachin *Arabice est* Io! Euge! Evax!

* ቦሐ ፡ Boha. *Nom. pr. Urbis. Enc.* 5. *Jun.*

✿ በሐሐ ፡ *Unde geminatum* ባሕበሐ ፡

§ እንባሕበሐ ፡ *De aqua dicitur, quæ ingenti strepitu de præcipitio delabitur.* እምቅድመ ፡ ይንበሐበሑ ፡ ወሒይዝት ፡ አፍላግ ፡ Priusquam ex locis præruptis decurrerent torrentes fluminum. *Lit. Orth.*

§ ምንባሕባሕት ፡ Præcipitium, de quo aqua *cum strepitu* delabitur. Ein Wasserfall *Es.* 17, 13. *Veluti sunt* catarrhactæ *Nili.*

† ብሔር ፡ *m.* Regio. Provincia. *Psal.* 82, 1. ለእመ ፡ ተሰደድከ ፡ ብሔረ ፡ ባዕድ ፡ ኢትኩን ፡ ከማሆሙ ፡ ኩን ፡ ከማሆሙ ፡ Si proſectus fueris in regionem peregrinam, ne sis sicut tu, esto sicut illi. *Proverb. Th. P.* (2.) *Specialem* locum *aliquem certum regionis significat, ut* በጺሖሙ ፡ ብሔረ ፡ ዘስሙ ፡ ጎልጎታ ፡ Ἐλθόντες *εἰς τόπον λεγόμενον Γολγοθᾶ,* Venientes in regionem *seu* locum, cujus nomen Golgotha *Matth.* 27, 33. *Et sic pro loco etiam Gen.* 21, 7. *reperitur, ubi* መካን ፡ *col.* 88. *Pl.* ብሔራት ፡ *Matth.* 14, 13. በበ ፡ በሐውርቲክሙ ፡ In singulis regionibus vestris. *Psal.* 48, 2. *Item.* *Pro* populo, natione, *tam in singulari quam plurali. Provenient ex te* አሕዛብ ፡ ወብሔራት ፡ አሕዛብ ፡ populi & nationes populorum, *seu* Populi diversarum provinciarum. *Gen.* 35, 11. & 41, 57. *Item* ብሔራት ፡ *Syn*

† ባሕር ፡ *Nomen generale est, & tam* Mare, *quam* Lacus, Stagna & Flumina magna *complectitur, plane sicut Arabicum* بحر. *Est igitur* (1.) Mare *proprie dictum, cujus aqua salsa. Psal.* 135, 15. *Civitas* መንገለ ፡ ባሕር ፡ ad mare, *i. e.* maritima. *Matth.* 4, 13. *Gen.* 28, 14. *Exod.* 10, 19. *respondet Græco* Θάλασσα, *istud vero Hebræo* ים Mare, *quod quidem Hebræis, non autem Æthiopibus* Occidentem *denotat.* (2.) Lacus, Stagnum *cujus aqua dulci, ut.* ባሕረ ፡ ጻና ፡ Lacus Tzana *Æthiopiæ maximus, ab insula hujus nominis sic dictus. De quo vide Hist. Æth. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 112. *seq. Male* Bar-cena *in tabulis vulgaribus.* (3.) Flumen magnum *apud Poetam, ut:* ተከዚ ፡ ዮርዳኖስ ፡ ባሕር ፡ Flumen Jordanes mare, *id est,* flumen *per appositionem. Enc.* 1. *Sept.* 3. 4. *[illegible] Asceta venens suo ordinavit* ማየ ፡ ባሕር ፡ ስቴ ፡ aquam profluentem in potum. *Germ.* Fliessend Wasser. *Enc.* 24. *Oct.* 2. *Pl.* አብሕርት ፡ Maria. *Act.* 27. 41. *c.* 1.

§ ባሕራዊ ፡ Maritimus. Marinus.

§ ባሕርይ ፡ *Contr.* ባሕሬ ፡ *plane æquipollet Arab.* جوهر *quod est* Gemmarum *genere, ut:* ባሕርይ ፡ ዘይጸበርቅ ፡ Gemma splendens, nitens. እንተ ፡ ትበርህ ፡ ፡ Fulgens. *Org.* ሀምድ ፡ ባሕርይ ፡ Columna gemmea. *Org.* *In specie vero est* Margarita. Unio. *Matth.* 7, 6. *Sicut Arab.* ديري *Vide Firauzabadium in Specim. Pocokii p.* 155. *qui utitur hoc vocabulo, aliquis apud Arabes raro; forsan sic dicta, quia ex mari producitur.* ጸዐዳት ፡ ከመ ፡ ባሕርይ ፡ Alba

Alba sicut margarita. *Apoc.* 21, 11. 12. *Vulgo* ሉል፡ *q. v. c.* 23. *ex Arab.* لول. *Pl.* ባሕርያት፡ *c.* 17, 4.

NOTA: Æthiopes, æquè ac Arabes suo جوهر, *hoc vocabulo utuntur pro* Substantia, *ex. gr.* الجوهر الالهي Substantia divina. *Act.* 17, 29. *Quod, cùm æquivocum apud illos sit, & tam de persona quàm de natura in Christo accipi possit, inde natæ graves controversiæ de una vel duabus in Christo naturis. Nam qui* አሐዱ፡ ባሕርይ፡ *dicunt, illi unam* ὑπόστασιν *sive* Personam *intelligunt, & acriter pugnant contra eos, qui* ክልኤቱ፡ ባሕርያት፡ duas naturas *asserunt, quasi idem esset, ac si* duas personas *crederent: Hi vice versâ illos impugnant, quasi* unam *tantum statuerent* naturam. *Certum verò est, quod communior sit sententia eorum, qui* ባሕርይ፡ *pro* Substantia *sive hypostasi sumunt, sic enim loquuntur: Filius* ተወልደ፡ እምባሕርየ፡ ለአብ፡ natus est ex substantia patris. *Vita S. Marc.* ባሕርይ፡ እምባሕርይ፡ Hypostasis ex hypostasi. *Org. quæ respiciunt illud:* χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ *Ebr.* 1, 3. *Filius* ይትዔረይ፡ ለአብ፡ በባሕርዩ፡ æqualis est Patri in essentia sua. *MSS. Colb. Accipitur* (2.) *de personis instar gemmarum pretiosis, ut: Salutem* ለደቅስዮስ፡ ባሕርያ፡ ለ *&c.* Dexio, margaritæ *regionis. Enc.* 22. *Dec.* 1. 1. *De Josepho* በባሕርየ፡ በድኑ፡ ተሠወጠት፡ ለነፍሱ፡ ነባቢት፡ In gemmam (*i. e. in* substantiam *Poëtice*) corporis ejus mortui infusa fuit anima rationalis. *Enc.* 12 *Mart.* 4. 5. ባሕርየ፡ አዕጽምቲሁ፡ አፍለሱ፡ Gemmas ossium ejus (*i. e.* Reliquias pretiosissimas, *vel* Thesaurum reliquiarum ejus) transtulerunt. *Enc.* 1. *Jun.* 4. 5. *Interim in usu vulgari* ባሕርይ፡ *pro* Natura *accipi, collige ex eo, quod Gregorius in vocabulario suo Italico-Amharico posuerit* ባሕርየ፡ መለኮት፡ *&* ባሕርየ፡ ትስብእት፡ natura divina *&* natura humana. *Hinc illæ lachrymæ!*

§ ባሕርያዊ፡ Gemmeus, Valdè pretiosus. *F. pl.* ባሕርያዊያት፡ *Comm. p.* 494. *n.* 5. *Sed ibi deficit substantivum.*

❁ ባሕረረ፡ *Vide* ባሀረረ፡ *col.* 225.

† ባሕረስ፡ *Species quædam* Arundinis *tenuioris, cujus usus in toto Oriente ad* scribendum *frequens, ut:* ብርዐ፡ ባሕረስ፡ *q. d.* Calamus arundinis; *per appositionem. gen. Esa.* 1, 31. *sic dicta forsan à* ባሕር፡ *quod in fluminibus crescat. MSS. Colb.*

* ብሑራ፡ Behura. *Nom. pr. Viri, ut videtur* እለ፡ ብሑራ፡ qui Behuram attinent, *seu ex illo prognati. Enc.* 19. *Jan.* 1. 2.

* ብሕንሳ፡ Behnusa. *Urbs Persiæ, patria Jacobi martyris. Enc.* 30. *Mart.* 3. 2.

† በሕቁ፡ Crebrò. *Vide supra sub* ሐቀወ፡ *col.* 40.

❁ ባሕብሐ፡ *Vide* በሐሐ፡

❁ በሐተ፡ Imperio, Potestate præditus fuit. *De Christo:* እንዘ፡ ትብሕት፡ አንተ፡ በኵሉሂ፡ qui potestate polles in universum *seu* ubique. *Org. Lect.* 2. *Conf.* በዊሕ፡ *cum qua radice convenit significatione.*

§ አብሐተ፡ Facultatem dedit. Copiam fecit; *ut:* አብሐተኒ፡ ፋቅርክሙ፡ Subegit me amor vester. *Comment.* 497. 16.

§ ተበሐተ፡ Potestatem nactus est. Autoritate & Potestate auctus fuit. *Syn.*

§ ብሑት፡ Potestate præditus *super spiritus. Enc.* 5. *Jul.* 6 1. *Aliam significationem vide sub radice seq.*

§ መባሕት፡ Potestas. Facultas. Venia. *Math.* 21, 23. መጽሐፈ፡ መባሕት፡ *sic scribe Act.* 26, 12. Libellus facultatis, *i. e.* Licentiæ. *Can. Eccles. Comm. p.* 310. 9.

❁ ባሕተወ፡ — ተባሕተወ፡ Solus fuit. *L. Orth.* Solus relictus fuit. *Org.* ዘአመ፡ ይትበሐቶ፡ ወይትባአስ፡ *Sic reddidit Æthiops* Ἐμονομάχησε. Cum solus esset & pugnaret *cum Goliath, i. e.* cum solus dimicaret. *Tit. Psalmi* 151. *Apocryphi.*

§ ብሕትው፡ *m.* Solus. Unicus. (2.) Solitarius. Eremita. *Enc.* 8. *Oct.* 1. 3. *F.* ብሕትት፡ Unica. *Ps.* 21, 21. 22.

§ ብሑት፡ *Idem per Apocopen, ut: De Deo* ብሑት፡ ህላዌ፡ Unicus essentiâ, *inst. N. T.* ብሑት፡ ልደት፡ *Christus* unigenitus. (2.) ብሑት፡ ዘእንበለ፡ አዝማድ፡ Solus sine cognatis. *Lit. Epiph.* ገዳማዊ፡ ብሑት፡ Eremita solitarius. *Enc.* 7. *Febr.*

§ ባሕቲት፡ Solus, Unicus, *formâ irregulari. Semper requirit affixa personalia, ut:* ኢይኮን፡ ባሕቲትየ፡ Non sim solus. *Org. Lect.* 7. ለከ፡ ባሕቲትከ፡ Tibi soli. *Ps.* 50, 5. እንተ፡ ባሕቲቶሙ፡ Illi soli. *Math.* 17, 1. እንተ፡ ባሕቲቶን፡ Solæ. *Gen.* 21, 28. ለባሕቲትየ፡ Unicæ, *sive* charissimæ meæ. *Sic vocat Rex Zara-Jacobus B. Mariam virginem. In Comment.* 303. 10. *Sic etiam vocant animam cujuslibet* unicam & charissimam. *Enc.* 25. *Oct.* 1. 4. (2.) *Sæpissimè per Antimeriam adverbialiter exponi potest* Tantùm, Solùm. *Gen.* 2, 6.

§ ባሕታዊ፡ Solitarius. *Ps.* 24, 17. Anachoreta. Eremita. *Org. Lect.* 6.

§ ብሕታዌ፡ Solitudo. *Enc.* 22. *Jan. Dilexit* ብሕታዌ፡ ንብረት፡ solitudinem vitæ, *i. e.* solitariam vitam. *Enc.* 15. *Maji.*

§ ባሕቱ፡ Sed, Verùm, At. *Germ.* Allein. *Math.* 5, 33. 37. (2.) Tamen. 1. *Joh.* 2, 19. Tantummodo. Solummodò. *Gen.* 34, 15. *Seq.* ኢ፡ Modò non. *Ps.* 31, 8. ወባሕቱ፡ Verum enim verò. *Conf. Fidei.* አላ፡ ባሕቱ፡ *pleonasticè, ut si Latinè diceres* Sed tamen, attamen. *V. S.*

§ መብሐት፡ *Vox hæc reperitur Jos.* 8, 31. *Ædificabis altare* ዘእብን፡ መብሐት፡ *Græcus habet* λίθων ὁλοκλήρων, Lapidum integrorum, *seu* solorum, *h. e.* Ex meris & solis lapidibus *constans.*

☉ ባሕዘዘ: *Vide supra* ኅህዘዘ: *col.* 225.

☉ ብሕአ: Fermentari, Acorem, Acredinem contrahere. *Matth.* 13, 33.

§ አብሕአ: *Luc.* 13, 21. Fermentavit *massam farinæ.* 1. *Cor.* 5, 6.

§ ተብሕአ: Fermentatus fuit. *Exod.* 12, 34.

§ ብሑእ: Fermentum. *Matth.* 13, 33. *Exod.* 13, 15. 34. *Hæc vox mutat vocalem mediam propter affixa; ut:* ሕዩጥ: ብሑእ: Parvum *seu* modicum fermentum. 1. *Cor.* 5, 6. *versu seq. legitur* ብሕእክሙ: fermentum vestrum. *Sic* ብሕኦሙ: fermentum eorum. *Marc.* 8, 15. *Luc.* 12, 1.

§ ብሒእ: Acetum. *Matth.* 27, 48. *Conf.* ሞጺዕ: *col.* 104.

§ ብሕአት: Fermentatio, *ut:* ብሕአተ: ኅብስት: Fermentatio panis. *Matth.* 16, 11. 12. *per Meton. abstracti pro concr. pro* fermento ipso. *Sic quoque lege* ℣. 6.

§ በሐኵ: *In statu constr.* በሐኵ: Mas gregis, *tam ovium quam caprarum. Distinguitur autem per appositionem speciei. Collective ut plurimum de toto ovium genere accipitur. Pl.* አብሐኵ: *ut:* አብሐኵ: ዘአባግዕ: ወዘአጣሊ: Mares ovium & caprarum, *id est* Arietes & hirci. *Gen.* 31, 10. 12. *In statu constr.* አብሐኵ: አባግዕ: Mares ovium. *Ps.* 64, 14.

† ባሕዝዮን: *Gemmæ species eadem ac* ጳዝዮን: *& nisi valde fallor idem prorsus vocabulum est, antiquiore tantum scriptura: nam olim pro π Græco,* በ: *scriptum, & hic gutturalis sine necessitate interposita.* Topazius. *Vide in* ጳ:

☉ ብርህ: Lucidum fuit, *vel* factum est. *Ponitur absolutè Exod.* 10, 23. Splenduit, Resplenduit, Luxit. Fulsit. *Matth.* 5, 16. *Metaph de gentibus conversis* ብርሁ: Luxerunt, *sive* Illuminati fuerunt. *Lit. Epiph.*

§ አብርህ: Illuminavit. Lucidum reddidit. Illustravit. እግዚአብሔር: ያበርህ: ሊተ: ወያድኅነኒ: ምንተ: ያፈርሀኒ: Dominus illuminat me & salvat me, quidnam terreret me? *Ps.* 26, 1. *seq.* ሉ: *Matth.* 5, 15. Lucem dedit *vel* emisit. (2.) አብርሀ: ገጸ: እምቅብእ: Nitere facit faciem ex oleo. *Enc.* 23. *Jan.* 2, 5. (3.) *Interdum absolutè, ut in prima conjugatione usurpatur, ut: Sol* ዘዘልፈ: ያበርህ: ዲበ: ቅዱሳን: qui semper lucet, *seu* lucem edit super sanctis, *vel potius* illuminat sanctos *construct. Hebraicè* על super. *Org. Lect.* 2. *& ita in V. S. bis.*

* አብርሃ: ወአጽብሓ: *Nomina propria sunt Regum Æthiopiæ. Vide in* አ:

§ ተበርህ: Illuminatus fuit.

§ ብሩህ: *Ps.* 18, 9. Lucidus, Splendens, Lucens, Illuminatus. *Matth.* 6, 22. Clara vox. *Lit. fab. F.* ብርህት: Lucida, *& neutral.* Lucidum ἀυγάζον, *Lev.* 13, 39. *Metaph.* Purus, Sincerus, *ut:* ልብ: ብሩህ: Cor sincerum. *Org. Lect.* 1. ገጽ: ብሩህ: Vultus serenus. ጸ: ር:

§ ብርህ: Claritas, Fulgor. *Ps.* 96, 12. Lumen. *Marc.* 14, 54. *propriè differt à* ብርሃን: *ut effectus a causa,* Splendor, Serenitas. *Opposita sunt* ጽልመት: *&* ጽልመት: *quæ vide.*

§ ብርሃን: Lux, Lumen. *Metaphorâ Poetis Latinis usitatâ* Oculus; *ut:* ብርሃነ: ለዕዉር: ቀብአ: Lumina, *i. e.* oculos cæci unxit, *i. e.* tinxit *vel* reaperuit. *Enc.* 8. *Maji.* 4. 5. (2.) *Poeticè pro* Visu ipso. *Enc.* 15. *Aug.* 4. 5. *Pl.* ብርሃናት: Luminaria. *Ps.* 135, 7. Sidera cœlestia, *vel* Angeli. *Enc.* 1. *Sept.* 5. 4.

§ ብርሃነ: *Adv.* Clarè, Perspicuè. *Marc.* 8, 25.

§ ብርሃናዊ: Luminosus, Coruscans. *Lit.* 171. c. 1.

§ በራህርህት: Ἀυγάζον, Rutilus, *q. d.* Subsplendidus. Quodammodo splendens *sive* Scintillans. Funckelnd. *Est enim forma blandientis seu diminutiva. Sic lege Lev.* 13, 28.

§ መብርሂ: Illustrans, Illuminans, *Cant. Mar. ut:* መብርሂ: ኵሉ: Illustrator universi. *MSS. Galb.* ጸ: ር: *Est à quarta Conjug. derivatum.*

† II. ብርሃና: Charta pergamena, *à perspicuitate sic dicta, i. e.* Membrana, *Æ. in Epist.*

† ቢሬሉ: *Græc.* βήρυλλος, Beryllus *gemma. Apoc.* 21, 20. ቢሬሉ: *Cant.* 5, 13. ቢሬሉ: *Exod.* 28, 20. *adeo variant peregrina.*

* በርሞዴ: *Org. Lect.* 2. Octavus anni mensis. *Coptis* παρμοῦτι *Æthiopibus* ሚያዝያ: Aprilis, *quo Sol apud Æthiopes fervidissimus, ut:* ከመ: ፀሐየ: ወርኃ: በርሞዴ: ዘያስተርኢ: በኃይል: Sicut Sol mensis Aprilis, qui apparet cum vehementia. *Org. Lect.* 6.

☉ በረረ: *Gladiô* trajecit, transfixit. *Jud.* 3, 22. 2. *Sam.* 2, 23.

† II. ብሩር: *n.* Argentum. *Ps.* 11, 6. Moneta argentea, ἀργύρια. *Matth.* 26, 15. Argenteus *sc. nummus. Exod.* 21, 32. *Pl.* ብሩራት:

* በርሱማ: Barsuma. *Nom. pr.* בר צומא Filius jejunii. ወልደ: ጾም: *prout explicat ipse Poeta. Enc.* 9. *Febr.*

* በርሲቡ: Barsibu, *Martyr, capite truncatus. Enc.* 28. *Aug.* 2.

† ብርስን: Lens. *Legumen notum. Gen.* 25, 34. 2. *Sam.* 17, 28.

† በርኪኒቶን: *Græcum* βερεχθάν, 1. *Sam.* 6, 8. *in Hebr. est* בָּאַרְגַּז In Capsa, Arca. *Hinc forse vox illa mirabiliter corrupta.*

* በርሱፋዮስ: Barsufius *monachus, capite truncatus. Enc.* 13. *Dec.* 3, 1.

☉ በረቀ: *Hebr.* ברק Fulguravit. *Luc.* 17, 24. (2.) Micuit: Fulsit instar fulguris. *Marc.* 9, 3.

§ አብረቀ: 2. *Sam.* 22, 15. Fulminavit. Fulmen emisit. *Ps.* 143, 7.

ተበረቀ:

§ ተባረቀ፡ *De pluribus fulguribus* inter se fulgurantibus *accipiendum videtur hoc verbum*, *ut*: ተባረቁ፡ መባርቅት፡ Fulguraverunt fulgura *in* ጸ፡ ር፡

§ መብረቅ፡ *&* መብርቅ፡ *respondet Latino* Fulgur, *quod & pro* Fulmine *&* Fulgetro *in usu est*; *frequentius tamen in posteriore significatione*, *i. q.* ፀሐይ፡ *ἀστραπή*, *Matth.* 24, 27. (2.) *De fulmine* ብልኀተ፡ መብረቅ፡ Acies fulminis. *Lit. Orth.* (3.) *Metaph. pro Fulgore & Splendore maximo*, *ut*: ዘአጥበየ፡ መብረቅ፡ Cujus fulgor micuit *sive* refulsit. *Enc.* 10. *Mart.* 1. 1. *In specie qui capita Sanctorum circumdat*, Nimbus, *ut*: ወመብረቅኒ፡ ለሥጋሁ፡ ከለለ፡ Et Nimbus quoque coronavit corpus ejus. *Enc.* 30. *April.* 5. *Caput* ዘይትገለበብ፡ መብረቅ፡ quod velatur nimbo. *Cant. Mich. Pl.* መባርቅ፡ *&* መባርቅት፡ Fulmina. *Ps.* 17, 16. Fulgura. *Ps.* 76, 18.

* ባርቅ፡ Barak, *Dux Israelitarum contra Sisaram*. *Jud.* 4, 6.

☉ በርበረ፡ Spoliavit. Diripuit. *Ps.* 108, 10. *Matth.* 12, 25.

§ ተበርበረ፡ Spoliatus fuit. *Soph.* 1, 13. & 2, 4. *Inf. nom.* ተበርብሮ፡ Spoliatio *passivè*. *Syn.*

§ በርባር፡ Præda. *Deut.* 20, 14. *Jos.* 7, 21. Spolium. *Metoń. abstracti pro concreto.* Prædo. Latro. (*Barbarus.*) በመጥባሕተ፡ በርባር፡ ተቀትለ፡ Gladio latronis occisus est. *Enc.* 24. *Jun.* 1. 4. & 2. 2. *Hinc apparet gemina derivatio vocis* Barbarus, *ab Orientalibus petenda.*

§ ብርባሬ፡ Spoliatio.

§ በርባሪ፡ Spoliator.

† II. በርበር፡ Color *inter album & nigrum medius*. Fuscus *vel* cinericius. *Jud.* 5, 30.

† III. አበርበሬ፡ Urtica major, *mutius urens*; *sic quidem Th. Petrant.* *At Gregorius* speciem Cardui, *Amharicè significare dixit*. *Vid. Lex. Amh. c.* 39. *& supra* አብለ ሊት፡ *col.* 225.

* ባርባራ፡ S. Barbara, *sub Maximiniano vixit*; *Socia Julianæ*. *Enc.* 25. *Sept.* 5. Martyr. *Enc.* 8. *Dec.* 7. *Ejus vita descripta extat Æthiopicè MSS.*

† ብርት፡ Æs, *ut*: ቀስተ፡ ብርት፡ Arcus æneus. *Ps.* 106, 16. 1. *Cor.* 13, 1. ብርት፡ ለባኖስ፡ Æs Libani. *Sic reddidit Æthiops vocem* χαλκολίβανον *Apoc.* 1, 15. *&* 2, 18. *aliàs vexatissimam*, *compositam esse putant*, *ex* χαλκὸς *&* λίβανος. (*Vide suprà col.* 18.) *Credens fortassis speciem quandam æris esse*, *è monte Libano provenientem*, *q. d.* Æs Libanicum. *Alii Electrum*, *alii thuis coloris ænei*, *alii aliter reddunt*, *quos omnes vellè refutat Clariss. Bochartus loco suprà citato.* *Ipse autem censet vocem esse semi-Hebræam*, *ex Græco* χαλκὸς æs, *& Hebræo* לבנה *albuit*, *compositam*. *Sed nec illa sententia placet per rationes alibi notatas. Erasmus vocem hanc in sua versione Latina quasi* retinuit. *Nobis salvo saniorum judicio levicula unius literæ interpositione* χαλκολίβανος, Æris clibanus, *seu* Ustrina *scribendam videtur.* *De igne enim & fulgore igneo indubiè sermo est.* *Quemodo etiam* (2.) *Poeta noster accepit*: እእጋሪ፡ ክርስቶስ፡ ርስናን፡ አምሳለ፡ ላህብ፡ ለብርት፡ ለባኖስ፡ Pedes Christi candentes instar flammæ Chalco-clibani. *Enc.* 6. *Febr.* 3. 2. *ex Apoc. d. cap.* 2, 18: *Imo ipsum vocabulum* ብርት፡ *pro ustrina æris idem accepit*; *ubi Condemnatus* በርስኑ፡ ለላህብ፡ ብርት፡ ad candefactionem flammæ clibani. *Enc.* 23. *Sept.* 3. 3. *Pl.* ብርታት፡ Ænea instrumenta; *scil. Vocabulum* χαλκὸς *olim etiam pro ferro acceptum*, *auctor me legisse memini*; *nam de vomere*, *securi*, *ense*, *non sane æneis*, *sed ferreis apud Homerum intelligere oportet.* *Quin &* χαλκεύς *est faber ferrarius.*

* ባርትስ፡ *Nom. prop. urbis Syriæ* Berytus, *quæ floruit Theodosii & Valentiniani Impp tempore*, *ut etiam Metropolitana dignitate donaretur.*

* ባርተሎሜዎስ፡ Bartholomæus, *Apostolus*. *Enc.* 1. *Jun.* 3. 3.

* — *Abbuna*, *Metropolita* (*ut videtur*) *Æthiopiæ Enc.* 11. *Dec.* 2. *Sacco indutus & in mare projectus. Enc.* 8. *Sept.* 3.

* — *Cum uxore vivus sepultus. Enc.* 19. *Oct.* 3.

☉ በርነ፡ — በሪን፡ Calvus. *Lev.* 13, 40. *forma* ፯. ፱. ፲፩.

§ ብርናት፡ Calvitium. ብርናተ፡ ርእስ፡ *Lev.* 13, 41 & 42.

§ በሪሃርናት፡ *fac* በሪሁርሁት፡ *& quære sub* በርሀ፡ *col.* 232.

* በርናባ፡ Barnaba, *filia S. Sophiæ Romanæ*. *Enc.* 5. *Sept.* 1. 2.

* በርናባስ፡ Barnabas, *martyr crematus*. *Enc.* 21. *Dec* 1.

☉ በረከ፡ ברך Genua flexit. In genua procubuit; *ut*: *Asina Bileami* በረከት፡ በታሕቴሁ፡ *Num.* 22, 27.

§ አብረከ፡ הִבְרִיךְ In genua procumbere fecit, *e. g. camelum*, *onerandi causâ*. *In imperat.* አብርክ፡ *quo verbo quidam interpretari conantur Ægyptium illud* אַבְרֵךְ *Gen.* 41, 43. *quasi dixisset præco*: in genua procumbe; *verùm significatio hujus conjugationis id non patitur*, *nec populum in singulari compellare solemus.*

§ አስተብረከ፡ *i. q.* በረከ፡ *Marc.* 1, 40. *Matth.* 17, 29. (2.) *De fœmina parturiente*: አስተብረከት፡ ከመ፡ ትለድ፡ In genua se demisit (*more Æthiopicarum fœminarum*) ut pareret. *De S. Maria L. Hom.* ብእሲት፡ ሶበ፡ ትትቀበርክ፡ ለወሊድ፡ Mulier cum ingemiscens procumbit ad pariendum. ጸ፡ ር፡ *Vide sis Hist. Æthiop. Lib.* 1. *c.* 14. *n.* 38.

§ ብርክ፡ Genu. *Deut.* 28, 35. *Pl.* አብራክ፡ Genua. *Psal.* 108, 23. በአብራኪሁ፡ ለብየ፡ ደዌ፡

ዱየ፡ አስተብሪክዎ፡ In genua cordis mei procumbens fubmiffe exofculor eum. *Org. Lect.* 2. *b.* ሕብሬክ፡ *Gen.* 30, 3. (2.) Sinus *fœminæ*, *ut*: ሐቀፈ፡ በሕብሬክ፡ In finu gerere. Sinu amplecti. *Org. Lect.* 1.

⊛ ባረከ፡ Benedixit. *Prout vulgò in S. Literis ex Hebr.* ברך *accipitur. Pf.* 131, 16 *Hoc eft*: Beneficia exhibuit. Profperum reddidit *Deus hominem. c. c. acc. & cum* ላዕለ፡ *ut*: ባረከ፡ ላዕሌሆሙ፡ Benedixit iis. *Gen.* 5, 2. (2.) Benedixit, *feu* Bene precatus fuit *homo homini.* Profpera quæque vovit; *& ironicè ut Hebr.* בֵּרֵךְ Valedixit, *feu* Maledixit, *fecundum Æthiopem meum. Inf. nom.* ቡርኮት፡ Benedictio.

§ ተባረከ፡ Benedictus, *five* Laudatus, Celebratus fuit. *Luc.* 1, 68.

§ ቡሩክ፡ Benedictus, *i. e.* Laudatus. Celebratus. *item* Profper, Felix. *Pf.* 71, 17.

§ ቡራኬ፡ Benedictionis *actus. Lit.* 170. c. 4. Encomium *vel* Hymnus. *Exod.* 15, 20. ጸሎት፡ ቡራኬ፡ Oratio benedictoria. *Titulus eft precationis pro profperitate fidelium. Lit.* 167, c. 5.

§ በረከት፡ Benedictio, *quatenus de* Profperitate & Felicitate *accipitur. Pf.* 108, 16. Bona, Opes. *Luc.* 12, 18. 19.

* በርኪሶስ፡ Barkifofus. *Vir fanctus. Enc.* 1. *Mart.*

† ብርዕ፡ Calamus. *Luc.* 7, 24. Arundo gracilis. *Joel.* 2, 5. *Exod.* 5, 12. & 15, 7. *refpondet Græco* καλάμην, Stipula. *Legiffe videtur interpres* κάλαμον, *& de arundine accepit; etenim* Stipula *Æthiopice* ሐሠር፡ *eft, q. v. col.* 34. *Per.* Calamus fcriptorius. *Vid. fupra* ቀለም፡ *col.* 191. (2.) *Quivis* Tubus, *ut in candelabris. Pl.* አብራዕ፡ καλαμίσκοι, *quibus candela inferuntur. Exod.* 25. 31. 32. *Differt ab* ሕለት፡ Arundo craffior, *quod vide col.* 29. *Conf. etiam* ባሕረስ፡ *col.* 229. *Plures enim fpecies in Æthiopia dantur.*

⊛ በረየ፡ — ተባረየ፡ *Inf.* ተባርዮ፡ Alternatio. Alternæ vices, *Æ.*

§ አስተባረየ፡ Alternavit, Alternis vicibus, Per vices egit, *aut* Vices mutavit. *Pfal.* 76, 10. *De Luna*: ወርኅ፡ ዘየስተባሪ፡ መሊአ፡ ወሐጺፀ፡ አውደ፡ ብርሃኑ፡ Luna quæ alternis vicibus implet & imminuit orbem luminis fui. *Org. Lect.* 1. *Benjamino dedit* ኃምስተ፡ ሀሬዘ፡ በዘ፡ የስተባሪ፡ quinque ftolas, quas per vices indueret. *Gen.* 45, 22. (2.) *De perfonis quoque ufurpatur, ut*: አስተባርየኒ፡ Er hat mich abgelöſet. Per vices mecum egit. *V. S.*

§ ሕብረት፡ Viciffitudo. *Pfal.* 88, 50. Vices muneris, *vel officii publici.* በሕብረቱ፡ Cum vices ejus effent. *Luc.* 1, 8. (2.) Tempus functionis *feu* administrationis *cujufcunque officii.* በሕብረትከ፡ Tempore functionis tuæ, *five cum Patriarcha effes. Enc.* 12. *Nov.* በሕብረቱ፡ *illo fcil. Patriarchâ* fedente. *Enc.* 17. *Sept.* 2. 3. *& fic accipitur pro* Administratione *ipfa*; *ut*: መዋዕለ፡ ሕብረትከ፡ ሕብረት፡ ርትዕ፡ ወሠሀል፡ Dies administrationis tuæ administratio jufti & æqui. *Enc.* 7. *Jan.* 1. 3.

⊛ በረደ፡ *Æthiopicè quidem nondum occurrit, at* ברד *Hebr. fignificat* Grandinavit.

§ አብረደ፡ Grandinare fecit. Grandinem emifit. *Lit. Orth.*

§ በረድ፡ Grando. *Pf.* 17, 14. λευκὸν ὡσεὶ χιών. *Matth.* 28, 3. *reddiderunt* ፀዓዳ፡ ከመ፡ ዘበረድ፡ Album inftar grandinis. *Conf.* ሐመዳ፡ *col.* 32. አብን፡ በረድ፡ Cryftallus, *ut videtur in Voc. Æth. Gr.*

⊛ በርደደ፡ Lapidibus in modum denfæ grandinis obruit. *De Johanne martyre excoriato & uftulato*: ወበእብን፡ ቀይሐ፡ ሥጋሁ፡ በርደዱ፡ Et lapidibus rubrum (*i. e. crudum*) corpus ejus tanquam grandine obruerunt. *Enc.* 8. *Maji.* 5. 5. Fricandi *vel* abradendi *fignificatio, quam habet Caftellus in Appendice fua, minus quadrat.*

⊛ በረጸ፡ — ተባረጸ፡ *Idem ac* አንበለበለ፡ Micuit, Rubuit *inftar flammæ. De facie*: ይትባረጽ፡ ገጾሙ፡ ከመ፡ እሳት፡ Inflammata eft facies eorum ficut ignis. *Germ.* Gluen im Geficht. *Ef.* 13, 8. *In Hebr. eft* פני להבים facies flammæ, *i. e.* rubefcentes & calentes inftar flammæ *ob anxietatem.* እምቅድመ፡ ይትባረጹ፡ ከዋክብት፡ Priufquam micarent *vel* fcintillarent ftellæ. *Lit. Chryf.*

* በርሶንዮስ፡ Barfonius. *Nom. pr. Viri urbis Phamiæ. Enc.* 3. *Mart.* 3.

⊛ በስለ፡ *Hebr.* בשל Coctus fuit *igne. De pane. Lit.* 171. c. 1. *aliisque cibis.* (2.) Maturefcere *de frugibus. Ef.* 17, 5.

§ አብሰለ፡ Coxit. 2. *Sam.* 13, 8. *Exod.* 16, 23.

§ ተበስለ፡ Coctus fuit, *ut de pipionibus*: በእሳት፡ ተበስሉ፡ Igne cocti funt. *Enc.* 21. *Maji.* 2. 2. *quod de affatione accipiendum.*

§ ብሱል፡ Coctus. Maturus. *Exod.* 9, 31.

§ ብስል፡ Coctum. Res cocta. *Exod.* 12, 9.

§ መበስል፡ Coquus *feu* Cocus. 1. *Sam.* 9, 23. *Pl. m.* ሊቀ፡ መበስላን፡ Archimagirus. *Gen.* 37, 36. *F.* መበስላት፡ Coquæ. 1. *Sam.* 8, 13.

§ መብሰል፡ *&* መብስል፡ Olla, *fcil. Inftrumentum coquendi.* መብሰል፡ ብርት፡ Lebes. Ahenum. Olla ærea *habet vulgata.* 2. *Macc.* 7, 3. መብሰል፡ ብርት፡ ዘውዑይ፡ ፈልሐቱ፡ Lebes æneus, cujus fervida bullitio. *Enc.* 8. *Aug.* 5.

† II. ንህብ፡ Apis. *Ps.* 117, 12. *Pl.* አንሀብ፡ & አንህባት፡ *Enc.* አናህብትሰ፡ ይፀንሳ፡ በምዕር፡ ኅቡረ፡ ሀንዘረት፡ ንግሥቶን፡ Apes autem concipiunt una vice (simul & semel) dum cantat Regina earum. *L. Myst. Nota hic, quod Æthiops iste Reginam vocet, quem nos Regem: alii Ductorem,* den Weiser. *Sicut qui marem esse credant, reliquas omnes fœmellas.*

✿ ነሀከ፡ Sollicitus, Anxius animo fuit. ኢትነሀኩ፡ ለነ፡ ነሀኩ፡ ለአማዑትክሙ፡ Ne solliciti sitis pro nobis: Solliciti estote pro visceribus vestris, 2. *Cor.* 6, 12.

✿ ነኅየ፡ Respiravit, Requievit, Recreatus fuit *à dolore & mærore.* ከመ፡ ይንኅዩ፡ ትኩዛን፡ Ut recreentur tristes. *Lit. Job.* ከመ፡ ትንኅይ፡ ነፍሱ፡ እምአበሳሁ፡ requiescat anima à delictis suis, *i. e.* à pœnis delictorum. *Lit. Ovib.*

§ አንኅየ፡ Quiescere fecit. Refocillavit. Recreavit. Tranquillavit. *Lit.* 164. *c.* 4. *Inf. nom.* አንኅዮ፡ Refocillatio. *Org. Lect.* 1.

§ ተነኅየ፡ *De hirco iniquitatis legitur Lev.* 16, 21. ወይትነኀይ፡ በላዕሌሁ፡ ኩሉ፡ ኃጣውእ፡ ለደቂቀ፡ እስራኤል፡ *Græcè habetur* Ἐξαγορεύσει, Enarrabit. *At hoc verbum Æthiopicum est passivum; quamvis verò secundum significationem primitivorum reddendum erit:* Imponantur, *ut quiescant* super eo omnia peccata filiorum Israel.

§ ንኁይ፡ Refocillatus. Tranquillatus.

§ ንኁየ፡ Quietè. Tranquillè. *Lit.* 170. 2.

§ ናኅይ፡ Quies. Requies. Respiratio. *Org. Lect.* 2.

§ መንኅዪ፡ Refocillator, qui recreat frigidum. *F.* መንኅይት፡ ለስራሕየ፡ Tranquillatrix molestiæ meæ. *Org. Lect.* 4.

† ናላ፡ Cerebrum. 1. *Sam.* 17, 49. 4. *Reg.* 9, 35.

† ኔሎቄ፡ Neloke. Plantæ peregrinæ nomen. *Enc.* 29. *Nov.* 2. 3. *& idem procul dubio ac* ምሉቄ፡ *Enc.* 13. *Febr.* 2. 4. *quia peregrina variant sæpe nomina.*

† ኖላዊ፡ Pastor. *Vid.* ኖለወ፡

✿ ነሕለ፡ Collapsus est. Corruit *paries. Esa.* 25, 12.

§ አንሐለ፡ Destruxit, Diruit. *Esa.* 9. & 15. 2. *Cor.* 10, 5. *Infin.* አንሐሊ፡ Destruens. *Enc.* 22. *Maji.* 4. Annihilans; *conveniens quasi cum hoc Latino barbaro verbo.*

§ ንሑል፡ Destructus, Dirutus, Collapsus. *Psal.* 61, 3.

§ ንሕለ፡ Destructio, Ruina. *Cant. Mar.*

§ ንሕለት፡ *Idem, quatenus pro actione accipitur.*

✿ ነሕነሐ፡—ናሕነሐ፡ Concussit, Conquassavit.

§ ተናሕነሐ፡ *i. q.* ተነሳነሰ፡ Concussus, Quassatus, Conquassatus fuit.

§ ንሕኑሕ፡ Concussus, Quassatus. መስፈርት፡ ንሕኑሕ፡ Mensura concussa *quò plura caperet. Luc.* 6, 38.

✿ ነሕረ፡

✿ ነኀረ፡ Stertuit. *Jon.* 1, 5. *Arab.* نخر Spiritum cum sono per nasum edididit.

§ መንኀር፡ *Sic lege.* Follis, *à strepitu quasi stertentis sic dictus, secundum Th. Pet. in not. ad Jon.* 1, 5.

† ናኅስ፡ Tectum. *Matth.* 24, 17. *Pl.* አንኅስት፡ c. 10, 27. τρίστεγον *Act.* 20, 9. *redditur* ተሥላስ፡ ናኅስ፡ *respectu ad compositionem* τρὶς *&* στέγος *habito, sed sine ratione.* ጸናጽላት፡ ወርቅ፡ የዐውዳ፡ ለናኅስ፡ መልበሱ፡ Tintinnabula aurea circumdant oram *seu* extremitatem vestimenti, *insolitata plane Metaph. Org. Lect.* 4.

* ነሐሴ፡ Nahasê. Augustus *mensis, incipit* IV. *die Augusti styl. Greg.*

✿ ናሕኅየ፡ — አናሕኅየ፡ *Ps.* 77, 25. 65. Transmisit rem silentio, *vel dissimulatione; vel clementiâ, si peccatum fuerit commissum, i. e.* Dissimulavit, ὑπερεῖδεν, Er hat es übersehen. Condonavit, Pepercit *alicui.* *Construitur cum accus. ut:* አናሕሲ፡ አበሳሆሙ፡ Condona peccata eorum. *Lit.* 174. 1. *&* 175. 2. *& absol. ut: Domine* ለእመ፡ አበስነ፡ አናሕሲ፡ cùm peccaverimus, condona, parce. *Lit.* 166. c. 1. *Spiritus tenebrarum* እለ፡ ኢያናሕስዩ፡ qui non parcunt. ጸ፡ ር፡ (2.) Sprevit. Neglexit. Non curavit, *ut:* እንዘ፡ ታናሕስዩ፡ ለዝዓለም፡ Dum spernitis hunc mundum. *Eph.* 5, 16. *Inf. nom.* አናሓሲ፡ Condonans. Parcens. 2. *Cor.* 5, 19.

* ነሒሳ፡ Nihiça. *Nom. propr. Regis. Enc.* 24. *Julii.* 1. 2.

† ንሕነ፡ *Hebr.* נחנו *Arab.* نحن Nos. *Pron. plur. ab* አነ፡ Ego.

* ኔምልዮስ፡ Nemilius, *martyr. Enc.* 19. *Mart.*

† ነምር፡ *Hebr.* נמר Tigris. *Amhar.* ነብር፡ *Lex. col.* 51. *Apoc.* 13, 2. *pro* Pardo *passim. Es.* 11, 6. *Qui colore tantùm differt à Tigride, est enim nigr. Lusit.* Onça. *Plur.* አናምርት፡ *Cant.* 4, 8. *&* አነምርት፡ *Org. Lect.* 1. እሉ፡ አናምርት፡ ወአናብርት፡ *Eandem rem dialecto tantum differente conjungit, nisi* tigridem & pardum *reddere malis. MSS. Colb. Attamen plur.* አናብርት፡ *in Lib. Myst. etiam occurrit.*

* ኔምያ፡ Nehemias, *Proph.* ጸ፡ ር፡

* ንህዛሒት፡ *Anachoretis.* Naçahit *dicta, Regis filia: parentibus relictis in eremum secessit. Enc.* 14. *Dec.* 7. 1.

✿ ነሠተ፡ Destruxit *domum. Job* 2, 19. Delevit, Evertit *urbem; opp.* ሐነጸ፡ *Ps.* 27, 7. ነሠተ፡ ሆውደ፡ Dimisit concionem. *Act.* 19, 40. ነሠቱ፡ ሕገ፡ Legem tollere, abrogare. *Comment. p.* 498. *n.* 20.

§ ተነሥተ፡ Eversus, Destructus fuit, *prop. de edificio. Matth.* 24, 2. *Metaph. de aliis rebus; ut: Dignitas vel Majestas Diana* Sublata, Ad nihilum redacta fuit. *Act.* 19, 27.

§ ንሡት፡ Destructus, Subversus, Sublatus. *Psal.* 9, 27.

§ ነሣቲ፡ Destructor, Subversor. *Enc.* 10. *Dec.* 4. 5.

§ መንሰቲ፡ *Idem ut videtur; sed hiatus est in MSS. ut: Salutem Nobo* መንሰቲሁ፡ ዘወርቅ፡ Destructori (*fortè Idoli*) aurei. *Enc.* 5. *Febr* 3. 1.

§ ንሥተት፡ Eversio. Destructio. ንሥተተ፡ ሀገር፡ Vastatio regionis. *In fin. Evang. Johannis.*

✿ ነሰነሰ፡ Sparsit. Dispersit *aquam &c. ut:* ተነሰንሶ፡ Sparges eum, *sanguinem. Exod.* 29, 16. *De fluminibus, ut:* ይነስንሱ፡ Diffundant *aquas ad irrigandam terram. Lit.* 174. c. 4. *Metaph. de re quavis alia, quæ instar aquæ diffunditur. Lit.* 175. c. 3. *bis.*

✿ ነሥአ፡ *Hebr.* נשא Sumsit, Cepit *manu. Ps.* 48, 16. 18. Accepit, *e. g. dante alio, mercedem. Enc.* 28. *Oct.* 5. 4. Adeptus, Nactus est *libertatem. Enc.* 18. *April.* 2. 2. *Officium. Enc.* 2. *Maji.* 1. 2. (2.) Abstulit *alicui.* ይነሥእዎ፡ Auferent ei. *Luc.* 19, 26. *De Spiritu S. loco illius quod procedat à Filio, dicunt:* ዘይነሥእ፡ እምወልድ፡ Qui accipit de Filio, *ex loco Joh.* 16, 14. እምዚአየ፡ ይነሥእ፡ De meo sumet. ነሥኦሙ፡ ድቃስ፡ Occupavit eos sopor. *Enc.* 8. *Mart.* 5. 4. ነሢአ፡ ገጽ፡ Acceptio faciei, *i. e.* προσωποληψία. *L. MSS.*

§ አንሥአ፡ *Ps.* 3, 5. Tollere, attollere in altum. አንሥአ፡ በትረ፡ Sustulit baculum *scil. verberandi causa, i. e.* baculo minatus est. *Enc.* Erexit, Sublevavit *lapsum. Ps.* 146, 6. *vel humi jacentem. Vit. Dan. Urbem destructam* restauravit. *Jos.* 6, 26. (2.) Suscitavit, Expergefecit dormientem. *Matth.* 8, 25. Excitavit *ventum. Ps.* 77, 30. Resuscitavit *mortuum. Enc.* 29. *Dec.* (3.) Extulit *manum. Psal.* 73, 4. *oculos. Matth.* 17, 8. (4.) Concitavit *populum ad seditionem.* (5.) አንሥአ፡ መዝሙረ፡ Resonare fecit Psalmum. *Enc.* 19. *Dec. Inf.* አንሥኦ፡ ሙታን፡ Resuscitatio mortuorum. *Enc.*

§ ተነሥአ፡ *Pass. à* ነሥአ፡ Sumtus, Captus fuit. *Org. Lect.* 4. Ablatus fuit. *ibid.*

§ ተንሥአ፡ *Passiv. ab* አንሥአ፡ *q. d.* Suscitatus fuit, *i. e.* Surrexit. *Ps.* 3, 6. (2.) Resurrexit *mortuus.* (3.) Movit se *ad faciendum iter, vel ad bellum, sive expeditionem, ut:* ይትነሣእ፡ ንጉሠ፡ ደቡብ፡ Surget Rex Austri. *Lib. Myst.* ተንሥአ፡ ፩፡ ንጉሥ፡ እምይሰንአው፡ ምስለ፡ መሐመድ፡ Surrexit, *i. e.* Abiit è loco vel statu suo, *h. e.* maluit abire regno, quàm cum Mohammede consentire. *Comment. p.* 495. *n.* 6. (4.) Insurrexit, *e. gr. contra magistratum.* ተንሥአ፡ ለሆል፡ አንስት፡ Libidinis explendæ causâ. *Vit. Dan. Inf. nom.* ተንሥኦት፡ Surrectio, Surgendi actus. *Oppos.* ንበረት፡ Sessio. *Ps.* 138, 1. *item* Resurrectio. *Luc.* 2, 34.

§ ተናሥአ፡ Insurrexit contra *aliquem. cum aff. ut:* መኑ፡ ይትናሣእኒ፡ Quis insurget mihi, *i. e.* contra me. *Ps.* 93, 16. (2.) Extulit se contra

alium, *ut*: ከመ: ይትነሣእ: (*sic lege*) ርእሶ: Ut extollat se ipsum contra alios. *Col.* 2, 18. (3) Insurgere ausus fuit. ጽኑዕ: ውእቱ: ዘኢይትነሣእዎ: ነገሥት: Potens est DEUS, contra quem ne Reges quidem insurgere audeant. *Lit. Epiph.*

§ አስተናሥአ: Restituit, Stabilivit *lapsum*. *Ps.* 79, 16. (2.) Irritavit, Concitavit *quietum*. *Æ.*

§ ነሣኢ: *ut*: *Mors* ነሣኢ: ኵሉ: *Poet.* quæ omnia sumit vel tollit. *Enc.* 18. *Dec.*

§ ንሥአት: Acceptio, Sumtio, *ut*: ንሥአት: ቅዱስ: ምስጢር: Acceptio S. Sacramenti. *Lit. Joh.*

§ መንሥኢ: Resuscitator, *in specie mortuorum*. *Joh.* 11, 25. (2.) Excitator *ægroti jacentis in lecto*. *Enc.* 13. *Nov.* 2. 1.

§ ትንሣኤ: Resurrectio *mortuorum*. *Joh.* 11, 24. ትንሣኤ: ሞቱ: Resurrectio mortis ejus, *pro à morte*. *Comment. pag.* 303. *n.* 10. *Paulus vocatur* ምክሐ: ትንሣኤ: Gloria resurrectionis, *quia resurrectionem efficaciter docuit*. *Comment. p.* 507. *n.* 57. (2.) Insultatio, Irruptio, *ut*: ትንሣኤ: ፀር: Cum inimici insurgunt *contra nos*. *Lit.* 159. *c.* 4. (3.) በትንሣኤ: ሕማም: ወፃዕር: Ubi contigerit afflictio & adversitas. *Enc.* 26. *Mart.* 1. 3. ትንሣኤ: ወቅሥት: Turbæ & rixæ. *L. Myst.* (4.) Surrectio simpliciter *post casum*. *Org.*

† ኖራ: Calx *ad usum murorum*. *Conf. Lex. Amh. c.* 50.

* ኔራ: Nera. *Nom. pr. fœmina*. *Enc.* 19. *Jan.* 1. 2.

* ኖር: Nor. *Martyr, frater* ብሶይ: *Enc.* 29. *Jun.* 6. 4.

* ኔርን: *Græc.* Νηρὼν, Nero, *coram quo Lucas Evangelista miraculum edidit*. *Enc.* 22. *Oct.* 1. 3.

† ናርዶስ: Nardus. *Cant.* 1, 11. ከመ: ናርዶስ: ዘጸገየ: በጸዓዳ: ጽጌ: Instar nardi quæ flores albentes fert. *Ergo vel de* Pseudonardo, *vel de* Narcissis *intelligendum*. *Org. Lect.* 2. ናርዱ: *Νάρδυ, retento casu.*

⊙ ነስሐ: *Conj. E.* Pœnitentiâ ductus est. *c. abs.* Pœnituit *eum* facti. *Psal.* 109, 5. (2.) Pœnitentiam egit *ob commissa peccata*. *Marc.* 1, 15. *Nota*: *pro* ἐπλημμέλησα *Ps.* 33, 22. & 118, 67. *legit vel intellexit Interpres* μετεμέλησα.

§ አንስሐ: Pœnitere fecit. Ad pœnitendum induxit. *Conj. E.* ኢያነስሐኒ: Nullatenus in me operatur pœnitentiam. 2. *Cor.* 7, 8.

§ ተነስሐ: *Idem ac in prima Conjugatione*; *Potest etiam ad verba reciproca referri* Pœnituit eum. *Gall.* Se repentir. *Matth.* 21, 29. & *Luc.* 15, 7.

§ ንስሐ: Pœnitentia, *forma* ፈሥሐ: *Matth.* 3, 8. Resipiscentia. እለ: ውስተ: ንስሐ: Pœnitentes; *intelliguntur, qui in* πρόναῳ *seu Vestibulo templi stare cogebantur, nec illud intrare permittebantur. Preces pro illis extant inter prec. MSS. Berol. p.* 21. *ubi inter alia dicitur*: ደምርሞ: ለቅድስት: ቤተ: ክርስቲያንከ: &c. Adjunge eos sanctæ Ecclesiæ tuæ.

† ንስር: *Hebr.* נשר Aquila, *avis Æthiopibus incognita*. *Ps.* 102, 5. & *tamen vocatur* ንጉሠ: አዕዋፍ: Rex avium. *Enc.* 30. *Febr.* מלך בעופות *Rabbinis*, & *omnibus gentibus*. *Plur.* አንስርት: *Matth.* 24, 28.

§ ተአንሰረ: Aquilæ naturam induit. Aquilæ similis factus est. *Inf.* ተአንስሮትየ: Indoles, natura mea aquilina. *Comm. p.* 506. *n.* 54.

† ንሱስ: *Lit.* 174. *c.* 4. *Mendosum est pro* ንኡስ: *quod vide.*

* ንሲስ: Nyssa. *Urbs episcopalis. A qua Gregorius* Nyssenus *dictus*. *Enc.* 26. *Nov.* 3. 1. ዲዮናሲዮስ: አርዮጳጊጦስ: & ደማሪስ: Dionysius Areopagita, & Damaris እለ: ዘንሲስ: Nysseni. *Act.* 17, 34. *unde hæ voces irrepserint, incertum.*

* ኔስታል: Nomen serpentis ænei, *pro quo in codicibus Græcis legitur* Νεεσθὰν. 4. *Reg.* 18, 4. *estque Hebræum* נחשתן.

† ንስቲት: Parvus *Jac.* 3, 5. ንስቲት: ሀገር: Parva Urbs, *i. e.* Oppidum. *Vit. Dan.* ንስቲት: መሶብ: Capsula. *Enc.* 6. *Maji.* Paucus, Modicus. *Enc.* በበ: ንስቲት: Particulatim, Particulariter, *ut in salutatione*: ኢወሀብኩ: በአሐዱ: ጊዜ: አላ: በበ: ንስቲት: Non dedi simul una vice, sed particulatim. *Org. in fin.*

§ ንስቲተ: Parum, Paulisper. *Act.* 27, 28. Paulò magis *vel* minus. (2.) Quodammodo. Certo modo. *Exempl. vid. in* አሥረቀ: *col.* 109.

* ኒሳን: *Hebr.* ניסן Nisan. *Mensis Hebræorum primus, al.* אביב Martio *nostro respondens*. *Exod.* 13, 4.

⊙ ነሰከ: *Num.* 21, 8. *Hebr.* נשך Momordit.

§ ተነሰከ: *Num.* 21, 8. Morsus fuit.

§ ተናሰከ: Se mutuò *vel* invicem mordere. *Gal.* 5, 15.

§ ንስከት: Morsus. *Enc.* 11. *Maji.* 2. 2.

⊙ ነሰወ: *Vide* መንሰወ: *col.* 81.

⊙ ነሰየ: — ይትናሰይ: *Col.* 2, 18. *Mendi hujus causâ in gratiam quærentium hanc radicem finximus. Vide* ተናሥአ:

⊙ ነሰገ: Vectes, Repagula obdidit *januæ*. *Org. Lect.* 2.

§ ተነሰገ: Vectibus & repagulis occlusæ fuerunt *ædes*.

§ ንሱግ: Vectibus & repagulis clausus & munitus. *Act.* 5, 23.

§ መንሰግ: & መንስግ: Vectis, μοχλὸς, Repagulum. *Exod.* 26, 27. 28. *Plur.* መናስግት: *Psal.* 106, 16.

* ንስጥሮስ: Nestorius *hæresiarcha, damnatus in Concil. Ephes.* *Enc.* 12. *Sept.* 1. 3.

⊙ ነቅሀ: Evigilavit. *Ps.* 43, 25. Expergisci.

§ አንቅሀ: Expergefecit, Excitavit, *e. g. dormientem.*

mientem. *Joh.* 11,11. አንቅሀ፡ በድነ፡ Resuscitavit cadaver. *Enc.* ዘያነቅሀ፡ ምውታ፡ Νεκρομάντεις, *q. d.* qui excitat mortuum. *Deut.* 18,11.

§ ንቁሀ፡ Experrectus, Expergefactus. *Metaph.* Alacer. *Org. Lect.* 5. *F. Cant.* 5, 2.

§ ንቁሀ፡ *Adv.* Vigilanter. 1. *Pet.* 1,13.

§ ንቅሀ፡ *Spatium temporis inter evigilationem & surrectionem.* Æ.

§ ንቁሀ፡ Evigilans, Expergefactus. ዘንቁሀ፡ (*per* ዘ፡ *propter periphrasin, sicut* ዘለምጽ፡) Excitatus. እምንዋም፡ à somno. *Psal.* 72,20. & 77,71.

§ ንቅሀት፡ Alacritas, Vigilantia. *Lit. Joh.*

§ መንቅሂ፡ Excitator, Resuscitator, *ut:* መንቅሂ፡ ሙታን፡ Resuscitator mortuorum. *Lit. Jac.*

§ አንቃሂ፡ *Idem, ut:* አንቃሂ፡ ምውታ፡ Necromanticus, Divinator ex mortuis. *Qui umbras mortuorum evocat.* 1. *Sam.* 28, 9.

* ኒቆላዎስ፡ Nicolaus. *Die quo natus est per duas circiter horas stetit in pedibus suis.* *Enc.* 10. *Dec.* 1.3. & 2.1. *Ædes ejus in Ægypto.* *Enc.* 15. *April.* 4.1.

† ንቅልቃል፡ Agitatio. *V.* ቅልቅል፡ *col.* 192.

* ኒቆምድያ፡ Nicomedia, *ubi Andreas Apostolus Evangelium prædicavit.* *Enc.* 4. *Dec.* 2. *Urbs Episcopalis.* *Enc.* 24. *Jan.* 1.2.

✿ ነቀለ፡ Evulsit. Eradicavit, *ut:* ንቀል፡ ሊተ፡ ሦከ፡ ኃጢአት፡ Evelle, Extrahe vel exime mihi spinam peccati. *Enc.* 10. *Nov.* *Arabicum* نقل *significat* Transtulit.

§ ተነቀለ፡ Avulsus, *sive* Evulsus fuit, *ex. gr. cultello.* በመጥባሕት፡ አጽፋረ፡ እደዊሁ፡ ተነቀለ፡ Cultro ungues manuum ejus avulsi fuerunt. *Enc.* 6. *Maji.* 1. 4.

† ነቋር፡ Luscus. Cocles. *Matth.* 18,9. *Marc.* 9, 47.

✿ ነቈረ፡ *Verbum denominativum,* Luscus fuit vel factus est, *i. e.* Uno oculo orbatus fuit, *ut:* *Oculus tuus* እንተ፡ ነቈረት፡ qui effossus fuit. *Vit. S.* *Inf.* ነቂረ፡ ይነቀር፡ Eluscando eluscabitur. *Zach.* 11,17.

✿ ነቀበ፡ *Hebr.* נקב *Arab.* نقب Perfodit. *Sed ad locum sequentem hæc significatio nihil facit.*

§ ተነቀበ፡ *De anima B. Mariæ virginis Poeta sic canit:* ሰ፡ ለፀአት፡ ነፍስኪ፡ በመዐዛ፡ ክርስቶስ፡ ዘተነቀበ፡ Pax egressui animæ tuæ, fragrantiâ Christi quæ perfusa fuit *vel tale quid.* *Enc.* 21. *Jan.* 2. 1.

† ናቀት፡ *Fœm.* Camela. *Vit. Sam.* ናቀት፡ ኃምሳ፡ ምስለ፡ እጓሊሆን፡ Camelas quinquaginta cum pullis suis. Καμήλους θηλαζούσας, Camelas lactantes. *Gen.* 32,15.

✿ ነቀወ፡ *In genere* Sonuit. Sonum *vel* vocem edidit, *res tam animata quàm inanimata.* *Conf. E.* IV. *Esdr.* 5, 5. *de porco* Grunniit. *Enc.* 14. *Dec.* 1. 4. *Construitur c.* በ፡ *ut:* *Asinus* ነቀወ፡ በቃለ፡ እጓለ፡ &c. Resonuit voce hominis. 2. *Pet.* 2,16. *De avibus cantantibus in genere.* *Ps.* 103, 13. *De gallo in specie.* *Matth.* 26, 34. 74. *Etiam de tympano vel campana* ዘይነቁ፡ Sonante. 1. *Cor.* 13, 1. *Inf.* ነቀዎተ፡ ዶርሆ፡ Galli cantus, *accipitur pro* tempore antelucano, *quò Galli canere incipiunt, & preces faciendæ.* ጸ፡ ር፡

§ ነቃዪ፡ Sonans. Vocem edens, *ut:* ነቃዪ፡ ዶርሆ፡ Gallus cantans. *Enc.* 27. *Nov.* ነቃዪ፡ መእኀፋት፡ *sic vocatur Victor martyr.* *Enc.* 15. *Nov.* & *vel* Lector, *vel* Cantor *intelligitur.*

§ ንቃው፡ Sonus, Sonitus *citharæ.* *Org. Lect.* 3. (2.) *Omnium* animalium vocem *denotat, ut:* ንቃው፡ ከለባ፡ Latratus canum. *Org. Lect.* 1. ንቃው፡ አንበሳዊት፡ Rugitus leænæ. *ibid. Lect.* 2. ንቃው፡ ዘንህብ፡ ንህብ፡ Murmur, *seu* bombus apium. ንቃው፡ አዕዋፍ፡ Cantus avium. *Enc.* Clangor *aquilæ vel anseris.* Æ.

✿ ነቅዐ፡ Hiscere, Dehiscere, Scindi. *De solidis dicitur* 3. *Reg.* 13,3. *In spec.* Rumpi, *de utribus, ut effluat aliquid.* *Matth.* 9,17. (2.) *Activè cum statu const.* Scaturire, Ebullire *aquam.* *Jac.* 3,11.

§ አንቅዐ፡ Hiscere fecit, Rupit, *ut effluerct aliquid.* Scaturire fecit. *Ps.* 77,18. Scindi, Discindi fecit, *ut:* ታነቅዖን፡ ለፅኑሳቲሆሙ፡ Discecari facies illorum gravidas. 4. *Reg.* 8, 12. (2.) Reclusit, *ut:* አንቅዑ፡ ልበክሙ፡ Recludite corda vestra *ad audiendum.* *Lit. Jac.*

§ ነቅዕ፡ Fons, Scaturigo. *Marc.* 5,29. *Plur.* አንቅዕት፡ *Ps.* 41,1.

§ ንቅዐት፡ Apertura, Hiatus. *Jud.* 15, 19. ንቅዐት፡ ኰኵሕ፡ Fissura, Rima saxi. *Enc.* *Pl.* ንቅዓት፡ Scissuræ. *Es.* 2, 19.

§ መንቀዪ፡ Scaturiens *vel* scaturire faciens. *F.* መንቀዪት፡ *sic in MSS. meo legitur, melius quam* አንቅዕት፡ *quod habetur in impresso.* *Lit.* 172. *c.* 2.

† 11. መንቀዕት፡ Coxa, Femur; *ut:* *Uniuscujusque gladius super coxa ejus.* *Cant.* 3, 8. *Plur.* መናቅዕ፡ *Exod.* 28, 42. & 38, 38. & መናቅዕት፡ *Cant.* 7, 1. *Conf.* ሐቌ፡ Femur. *col.* 40.

✿ ነቀዘ፡ Cariem sensit. Cariem contraxit *lignum, ut:* ዕፅ፡ ዘኢይነቅዝ፡ Lignum quod cariem non sentit. ξύλα ἄσηπτα. *Deut.* 10, 3. Cariosus & velut à vermibus peresus fuit *panis.* *Jos.* 9. 12.

§ ንቁዝ፡ Cariosus, Vetustate corruptus *panis.* *Jos.* 9, 5.

§ ነቀዝ፡ Βρῶσις, Caries, *quæ res ob vetustatem exedit, vel tinearum instar* corrodit. *Matth.* 6,20.

* ኒቆዲሞስ፡ Nicodemus. *Joh.* 3,1.

* ኒቅያ፡ Nicæa, *ubi Concilium primum Oecumenicum habitum fuit.* በሐገረ፡ ኒቅያ፡ *ait Poeta, quasi* regio *fuisset.* *Enc.* 9. *Nov.* 3. 2.

§ ንቍጥ፡ *Sic vocantur* bina *illa* puncta, *quibus singulas voces interstinguere solent Æthiopes.* *Arab.* نقطتين duo puncta. *Hebr.* נקד & נקודה

 Pun-

Punctum *seu* punctatum *significat*, *quæ vocabula affinia censenda.*

⚙ ነቀጸ: *Ps.* 101,4. Exaruit, Torrefactus est. *Pecul. de medulla ossium accipitur*, q. d. Defecit ossium meorum medulla. *Nostratibus morbus est*, die Marckschwindung / *& sic convenit cum Arab.* نقث Emedullavit os. نقح Exinanivit os medulla suâ. *Item* نقص Defecit, Imminutus fuit.

§ አንቀጽ: *f.* Ostium, Janua. *Vide in* አ:

⚙ ነቀረ: Decorticavit *baculum, corticis parte relicta, ut varius fieret* ነቀረ: ቀርፊተ: ዕፀ: ወወገረ: *&c.* Decorticavit corticem ligni, & conjecit, *&c. Sic accepit Græcum* ἀπέλεψε. 4. *Reg.* 6,6. (2.) Maculavit, *oppos.* ነጽሐ: Mundavit. *Th. P. Prov.* 10. (3.) *Metaph.* Sinistrè interpretatus est. In malam partem accepit. *Tit. N. Testam.*

§ ተነቀረ: Sinistrè res accepta fuit.

§ ንቍር: Varius, Maculis interstinctus. (2.) ንቍር: ንጡር: Maculatum, Emaculatum, *i. e.* maculatum quidem fuit, sed mox purgatum: *atque sic Æthiopes* παροράματα *sua excusare, ait Th. P. Prov.* 10.

§ ነቋር: Macula. ንቅረት: Maculatio. *Ibidem.*

* ኖባ: Nubia. *Conf. F. Reg. Claudii Comm. p.* 240. *n.* 10. ሰብአ: ኖባ: Nubiani. Nobatæ.

§ ኖባዊ: Nubæus. *Pl.* ኖባውያን:

* ኖብ: Nob. *Insignis quidam sanctus, Marinæ filius. Enc.* 24. *Jul.* 1.2.3. *Depulsor infectorum. Enc.* 5. *Febr.* 3. ተአማኒ: Confessor *dictus. Enc.* 23. *Jun.* 2.

† ነባል: *Ex Græco* Νέβλα, *istud autem ex Hebr.* נבל Uter *remansit.* 1 *Sam.* 1,24. & 2. *Sam.* 16,1.

⚙ ነበለ:—ተንበለ: Intercessit, *vide in* ተ: *quod est radicale. col.* 264.

§ አንበልበለ: *Propriè de flamma dicitur*, Flagrare *vel* Micare, *ut:* ከመ: ንደት: እሳት: ሶበ: ያንበለብል: Sicut ardor ignis cum flagrat. *Exod.* 24,17. *Metaph. De quavis alia re instar flammæ micante. De stellis*, Scintillare. *Org. Lect.* 6. (2.) *Activè* አንበልብለ: ልሳነ: ለገብርከ: Inflamma linguam servi tui. ጸ:ር:

§ ነበል: *ut:* ነበል: ለእሳት: Flamma ignis. *Enc.* 30. *April.* 3. *nisi malis corrigere, ut sequitur.*

§ ነበልባል: Flamma. *Ps.* 82,13.

§ ነበልባላዊ: Flammeus. *Enc. Patr.*

§ ንብላስ: *Dan.* 3,5. & ናብላስ: 2. *Sam.* 6,5. *ex Græco* νάβλας, *retento casu, remansit. Est autem* νάβλα *vel* ναῦλα, *sive* νάβλιον (*nam diversimode scribitur*) *ipsissimum Hebræum* נבל, Nebel, *quod* Nabal *vel* Nabla *olim pronunciarunt; ut vana sit omnis alia Lexicographorum derivatio. Instrumentum Musicum Judaicum fuit, quod vulgò exponitur* Psalterium. *Apud Latinos non reperitur, nisi semel apud Ovidium, qui* Nablium *habet.*

Tale fuit Κινύρα, כִּנּוֹר *Quod LXX. etiam retinuerunt*, 1. *Reg.* 10,5. & 16,16.23. & *alibi passim*; & *secundum pronunciationem illorum temporum expresserunt. Etenim* ו *Hebræum pro Græco* Υ *alibi etiam occurrit, ut in nomine proprio* Κῦρος, Cyrus, *quod Hebraicè scribitur* כורש. *Ceterum* כנור Κινύρα *hodie per consuetudinem* Cithara *redditur. Joseph. antiq. Jud. L. VII. c.* 10. *utrumque instrumentum describit:* Ἡ μὲν κινύρα δέκα χορδαῖς ἐξημμένη τύπτεται πλήκτρῳ. Ἡ δὲ νάβλα δώδεκα φθόγγους ἔχουσα τοῖς δακτύλοις κρούεται. Cinnyra *decem chordis intensa plectro pulsatur: At* Nabla *decem tonos* (*sive chordas*) *habens digitis* tractatur, *sive* carpitur. *Secundum hanc expositionem* Cinnyra *nobis esset* Ein Hackbrett / & Nabla, eine Zitter oder Harpffe / *secus ac vulgò putatur.* (2.) ንብለስ: *male pro gemma ponitur; ut:* እብን: ንብለስ: Lapillus Nebles. *Org. Lect.* 1.

⚙ ነብሐ:—ምንባሕት: Catarrhacta, *i.e.* Rupes *vel* Præcipitium, unde aqua cum impetu ruit, *ut: Sicut aqua* βίᾳ φερομένη, (quæ vi fertur) ዘይወርድ: እምውሒዝ: ምንባሕት: quæ descendit de catarrhacta *vel* præcipitio. *Es.* 17,13.

⚙ ነበረ: *Ps.* 1,1. *Verbum hoc* Situm, Statum, Dispositionem & moram rerum & personarum denotat. *Idque Latinè variè exponendum* (1.) Sedit. (2.) Mansit, Permansit, Remansit. ነበረት: በድንግልና: Mansit in virginitate. *Enc. Mar.* ንበሩ: በሲሳይክሙ: Manete in stipendio vestro, *i. e.* Contenti estote. *Luc.* 3,14. *De septem pueris illis dormientibus:* ዘነበርክሙ: ኅቡአን: እምንዋም: ፍርሀት: Qui remansistis *seu* delituistis oppressi somno pavoris. *Enc.* 13. *Jan.* 2.2. (3.) Hæsit, Versatus est; *ut:* ነበሩ: በፍልሰት: Versabantur in exilio. *Comm. p.* 498. *n.* 19. (4.) Commoratus est. Habitavit *in aliqua regione. Cavete ne* ቀራብን: ትንበሩ: propinqui habitetis. *Jos.* 9,7. (5.) Res sita, posita fuit. *Urbs* እንተ: መልዕልተ: ደብር: ትነብር: quæ super monte posita est. *Matth.* 5,14. (6.) *Constructum cum* ላዕለ: *reddendum est* Obsidere *urbem; ut:* ነበሩ: ላዕሌሃ: Obsederunt eam. *Jos.* 10,31.34.36.

§ አንበረ: Statuit. Constituit. Collocavit. *Matth.* 5,15. (2.) Commorari, Manere fecit, Statit, *à sistere.* (3.) Posuit, Imposuit *manus, ut:* አንብሮ: እድ: Impositio manuum. *Lit. Joh.* አንበሩ: በክሳዱ: መጥባሕተ: Admoverunt gladium collo ejus. *Poeticè. Enc.* 28. *Aug.* 2.5. Deposuit *rem.* *Æ.*

§ አስተናበረ: Ordine disposuit. Eleganter collocavit *structuram. Exod.* 40,18. *plures res.* 3. *Reg.* 7,28. 1. *Cor.* 12,18. (2.) Stabilivit, Firmiter locavit, *ut: Deus* አስተናበረ: አድባረ: stabilivit montes. *Lit.* 176. *c.* 1.

§ ንቡር: Constitutus, Collocatus. *per.* Positus. *Job.* 20,6. Jacens. (2.) *Neutr.* Sedens. *Org.* በንቡረ: In sedendo eo. 1. *Cor.* 14,30. ንቡረ: እድ:

ዱ፡ Cui manus est impolita, *i. e.* Ordinatus, *Presbyter vel Diaconus. V. S. Pl.* ንቡራን፡ እደ፡ Quibus manus impolitæ fuerunt, χειροτονηθέντες, *i. e.* Ordinati. *Lit.* 170. *c.* 1.

§ ንባሬ፡ Adscriptitius *servus. Rom.* 14, 4. ንባሬ፡ ቤት፡ Verna, Servus domi natus, *sic dictus, quia manere cogitur.* Οἰκέτης. *Gen.* 9, 25. Famulus domesticus. *Oppon. τῷ* አግዚእ፡ Ingenuo, *seu* libero. 1. *Cor.* 12, 13.

§ ንባሬ፡ Constitutio, Locatio, *ut:* ገባሬ፡ አምላክ፡ ማእከለ፡ እንስሳ፡ ንባሬ፡ Faciens Dei locationem, *i. e.* Locans Deum inter duo animalia. *Enc.* 3. *Nov.* 1. 2. *secundum versionem τῶν LXX. Hab.* 3, 2. *qui vel malè legerant, vel malè interpretati sunt. Hinc à priscis facta applicatio ad nativitatem Christi in stabulo.*

§ ንብረት፡ Status. *Act.* 14, 3. Vivendi conditio, *sive* ratio. ንብረተ፡ ነፍስየ፡ ወሥጋየ፡ በእደሁ፡ ሀለወ፡ Status *seu* conditio animæ & corporis mei in manu ejus sita. *Enc.* 6. *Nov.* 1. 5. ንብረትየ፡ ዘበንእስየ፡ Vivendi ratio à juventute mea. *Act.* 26, 4. (2.) Facultates mundanæ. Substantia universa. Bona alicujus. *Marc.* 12, 44. ሐወዘ፡ ንብረት፡ Voluptates mundanæ. ጸ፡ ር፡ (3.) Positio, Collocatio, Dispositio, *ut: Pulchrior est* እምፀሐይ፡ ወእምኵሉ፡ ንብረተ፡ ከዋክብት፡ quàm sol & omnis dispositio stellarum. *Sap.* 7, 29. ንብረተ፡ እድ፡ Impositio manuum. χειροθεσία. ጸ፡ ር፡ ንብረት፡ ዘክሳዱ፡ Positio colli. *Cant.* 4, 9. ንብረት፡ መንፈቆት፡ Structura, Modus *prout* polita *sunt* femora. *Cant.* 7, 1. (4.) Sedendi actus, Sessio. *Oppos. est* ትንሣኤት፡ Surrectio. *Ps.* 138, 1.

§ መንባር፡ Sedes, Mansio, Locus ubi quis hæret, vel commoratur. *Exod.* 16, 29. *Lev.* 13, 15. *vel cui quid imponi potest.* (2.) Basis, *ut:* መንባሬ፡ መሥዋዕ፡ Basis altaris. *Lev.* 1, 15. *Sic in MSS. aliquoties legendum pro* መንበር፡፡ መንባሬ፡ መቅፀት፡ Sustentaculum ollæ; *sive* pedes ipsius ollæ, *sive* tripodem *intelligas. Lev.* 11, 35. *Plur.* መንባራት፡ Habitationes, Sedes. *Gen.* 10, 30. Bases. *Exod.* 38, 8.

* መንባሬ፡ *Est nom. pr. loci* Μαμβρῆ, Mamre. *Gen.* 14, 24. *c.* 25, 9.

§ መንበር፡ *f.* Thronus. *Ps.* 9, 4. Solium regium. *Luc.* 1, 52. (2.) Tribunal, *ut:* መንበረ፡ መኰንን፡ Sedes territorii, *seu* Protegis. *V. S.* (3.) Sedes *vel* Sella *quævis.* (4.) Locus sacratior in adyto, *seu Sanctuario, quem Græci* Θρόνον, Thronum *vocant, ut videre est in Ichnographia templorum Græcorum; haud procul inde constituta est* ቅድስት፡ ጠረጴዛ፡ Sacra mensa. *Plur.* መናብር፡ & መናብርት፡ Θρόνοι. *Luc.* 1, 52. (5.) *Metaph.* Officium, Munus, *ut:* መንበረ፡ ቀሳውስት፡ Munus Presbyterorum. *Const. Apost. Decreto* 1. *Comment. pag.* 314. *n.* 46. (6.) Unus ex novem ordinibus Angelorum, *ex Epist. ad Col.* 1, 16. (7.) Judices, Præsides. *Æ. Amhar.* ወመበር፡ Magistratus. *Lex. c.* 71. (8.) ዕፀ፡ መንበር፡ *Gen.* 18, 1. *ubi Græcus habet* δρῦν Μαμβρῆ, Quercus Mambre. *Hoc ergo expresserunt* መንበር፡ *Nom. pr. loci. Paulo ante* መንባሬ፡

§ መንበርት፡ *i. q.* ንብረት፡ Victus, Opes, Bona. *Luc* 8, 14. 1. *Joh.* 2, 16. & 3, 17. Res familiaris. Wer sein bleibens hat.

† II. ንበር፡ Tigris. *Amharicum est Lex. col.* 11. *Æthiop.* ነምር፡ *Attamen pluralis* አናብርት፡ *reperitur in Lib. Atyst. col.* 12.

✿ ንበስ፡ — አንበስ፡ *Vide in* አ፡ & ዐንበዘ፡ *in* ዐ፡

§ አንበስበስ፡ *Vide in* በስበሰ፡፡ *col.* 237.

✿ ንበበ፡ *Psal.* 2, 1. 5. Locutus est, *cum compos.* Allocutus est. Recitavit *sermonem.* (2.) Blande compellavit *in carcere existentem, consolandi causâ Cc. aff. pers. ut:* ንበብክሙኒ፡ Consolati me estis. *Matth.* 25, 36. 39. *Inf. nom.* ንቢብ፡ *Psal.* 118, 9. 17. & ንቢቦቱ፡ Sermo ejus. *Org.* ሀቃቢ፡ ንቢብ፡ Orator. *Act.* 24, 1.

§ አንበበ፡ Loqui fecit. Loquendi facultatem muto restituit. *Marc.* 7, 37. (2.) Legit *scriptum. Matth.* 21, 42. (3.) Preces *ante vel post mensam* recitavit, *ut Hollandi dicunt* leesen / *Saxes* läsa. *Matth.* 26, 30. *Marc.* 14, 26. *nimirum preces initio ex scripto legebantur. Inf. nom.* አንብቦት፡ Lectiones Meditationes. *Ps.* 38, 4. (4.) Meditatus est. *Ps.* 1, 2. & 118, 16.

§ ተነበ፡ *Def. pro* ተንበበ፡ Dictus, Narratus, Recitatus fuit. *Lit.* 162. *c.* 2. ዘኢይትነበብ፡ Ineffabile. *Ps.* 5?, 7. (1.) Lectus fuit, *ut:* አምቅድመ፡ ይትነበብ፡ ጳውሎስ፡ Antequam legatur *Epistola* Pauli. *Lit.* 161. *c.* 3.

§ ተናበበ፡ Collocutus est *cum aliquo, cc.* በ አንተ፡ *Org. Lect.* 4. (2.) Patrocinatus est. *Nam Græcum* ἀντιλαμβάνεσθαι. *Ps.* 89, 15. & 134, 14. *Interpres de* patrocinando & orando causam *alicujus accepisse videtur, quam significationem alterum Græcum* ἀντεγκαλεῖν *habet. Id patet ex Org. Lect.* 6. *Per quem servabor* እምዝ፡ ዘላፊ፡ ወወቀሳ፡ ዘኢይትከሀል፡ ይትዋቀሡ፡ በእንቲአሁ፡ ወይትናበቡ፡ ከመ፡ ይድኃኑ፡ በገዐል፡ ለሳን፡ ab ista criminatione & accusatione contra quam non possibile est, ut defensionem instituant aut patrocinentur disceptatione linguæ. *Imp.* ተናበቦ፡ ,ደኅና፡ *de Fœm.* Patrocinare illi ut habeat incolumitatem; *sive* ora causam incolumitatis, *i. e.* consolare eum salute. *Enc.* 3. *April.* 4. 1.

§ ንቡብ፡ Recitatus. Lectus.

§ ነባቢ፡ Loquens, & facultate loquendi præditus; *Etenim de actu & potentia usurpatur.* Locutor. *Psal.* 139, 12. *ubi respondet Græco* γλωσσώδης. Sermocinator. ነባቢ፡ ቃል፡ Orator, Prædicator. *Enc.* 5. *Epag. quod & simpliciter propter rhythmum ponitur. Enc.* 17. *Maji.* 1. 3. ነባቢ፡ ነባቢ፡

ሳን፡ Scriptor homiliarum. *Enc. 29. Febr. 2. 1.* ነባቢ፡ መለኮት፡ ማርቆስ፡ Prædicator Divinitatis Marcus. *Lit.* 160 4. (2.) *In Allegoriis & similitudinibus frequens hujus vocis usus est, & tunc respondet Græco* λογικὸς, Rationalis *vel* Rationabilis, *q. d.* loquens, *a* λόγος sermo; *quia omnis loquens est rationalis, per Meton. effecti pro causa, ut Arab.* ناطق *& Rabb.* מדבר Loquens & rationalis. *More Nevoch. l. c.* 51. *Conf. Lud. de Dieu Animadv. in Epist. ad Rom. p.* 169. *ut: Fac ut offeramus tibi* ቍርባነ፡ ነባቢ፡ *vel* መሥዋዕተ፡ ነባቢ፡ προσφορὰν λογικὴν, Oblationem *vel* sacrificium rationale. *Lit.* 161. 2. 4. *Sic corpus & sanguis mysteriosus dicitur* ሥጋ፡ ማኅየዊ፡ *&* ደም፡ ነባቢ፡ Corpus vivificans, & sanguis rationalis, *i. e.* verus. *Lit. Epiph. nisi forsan autor respexit ad locum Hebr.* 12, 24. ንዝኀተ፡ ደም፡ ዘይኄይስ፡ ተናግሮ፡ እምዘአቤል፡ Aspersionem sanguinis (*Christi*) meliùs loquentem quàm Abelis *sanguis. Quamvis autem vox* λογικὸς *in N. T. occurrat, veluti Rom.* 12, 1. *&* 1. *Pet.* 2, 2. *non tamen ibi occurrit* ነባቢ፡ *sed hoc vocabulum posterioribus seculis repertum esse videtur ad imitationem Patrum Græcorum, qui vocabulum* λογικὸς, *etiam inanimatis frequenter tribuunt; ut* τράπεζα λογικὴ, Mensa rationalis, *de Mensa Eucharistica. Pl.* ነባብያን፡ Ratione præditi, Sani. *Opponuntur τοῖς* አብዳን፡ Stulus. 2. *Cor.* 11, 19. *F.* ነባቢት፡ *ut:* ነፍስ፡ ነባቢት፡ Anima rationalis, *seu* immortalis; *oppon. enim τῷ* ሥጋ፡ መዋቲት፡ Corpori mortali. *Lit. MSS.* ገነት፡ ነባቢት፡ Hortus λογικὸς, *i. e.* vivus *Org.*

§ ነገብ፡ Sermo. *Matth.* 6, 7. ቀዳሚ፡ ነገብ፡ Præfatio. *Æ.*

§ ነበብ፡ *Idem. Bis sic legitur in MSS. permutatione facili τοῦ* ባ፡ *in* በ፡ *& vice versa, ut:* ነበብ፡ አፉየ፡ Sermo oris mei. ሐዳም፡ ነበብከ፡ Jucundus sermo tuus.

§ ነበት፡ *Idem.* Locutio. *Init. N. T.* Lectura. Actus legendi.

§ አንባቢ፡ Lector. ጸ፡ ር፡

§ መንባብ፡ Locus lectionis. Lectio, *seu* res legenda. *Matth.* 3, 13. *tit.* መጻሕፍት፡ መንባብ፡ Libri qui publicè leguntur. *Lit.* 164. *c.* 4. *Pl.* መንባባት፡ *Init. N. T.*

† ንብቲራ፡ *Græc.* νιπτῆρ *in Accusativo.* Pelvis. Concha. *Joh.* 13, 5. *Per appos. additur* ማኅፀብ፡ *quod vide col.* 290.

* ናባው፡ Ναβαῦ, נְבוֹ Nebo *mons, quem conscendit Moyses, de quo Enc.* 16. *Febr.* 3. 2. ዘአዕረፈ፡ ዮም፡ በደብረ፡ ናባው፡ Qui obdormivit hodie in monte Nabau, *malè* ናቦው፡ *Deut.* 34, 1.

❁ ነብሀ፡ — አንብሀ፡ Lacrymavit. Illacrymavit. *Joh.* 11, 33. 35.

§ አንብዕ፡ Lacryma. *Ps.* 6, 6. *Pl.* አንብዕ፡ *Enc.* 6. *Febr.*

❁ ነቢይ፡ *Hebr.* נביא Propheta. Vates. Vaticinator. *Luc.* 7, 39. *Pl.* ነቢያት፡ *Ps.* 104, 15. *F.* ነቢይት፡ Prophetissa. Vates *fœmina.* Fatidica *mulier. Luc* 2, 36. *tit. Contr.* ነቢት፡

§ ተነበየ፡ *Luc.* 1, 67. Vaticinatus est. Prædixit. *Matth.* 7, 22. *Inf. nom.* ተነብዮ፡ Vaticinatio. Prophetia. *Apoc.* 22, 7. (2. Prophetam egit *vel* se talem simulavit. *Cont. E. Can. Cl.* 37.

§ ነቢያዊ፡ Propheticus. Fatidicus, *hinc F.* ብእሲት፡ ነቢያዊት፡ Mulier fatidica. *At substantivè nonnunquam accipitur, ut:* ማ ርያም፡ ነቢያዊት፡ Maria prophetissa. *Exod.* 15, 20. *Esa.* 8. 3.

§ ትንቢት፡ Vaticinium. Prophetia. Res prædicta. *Matth.* 13, 14. *Plur.* ትንቢያት፡ *ut: Deus* ፈጸመ፡ ትንቢያተ፡ implevit vaticinia. ጸ፡ ር፡

† እንበየ፡ *Particula* abnuentis, *quare in* እ፡

* ነብዩድ፡ *Abba* Nabyud *Enc.* 20 *Jan.* 5. 1.

❁ ነበጠ፡ *Non quidem Æthiopicè occurrit, quia tamen Arabicum* نبط Scaturiit, Emanavit *vel* Emersit è terra *significat, ideò vocem sequentem huc referre voluimus; quia* Locustæ è terra quasi emanant.

§ አንበጣ፡ Locusta Æthiopica maxima, *quæ in nonnullis australibus regionibus magna vi grassatur, & inter* plagas Epidemicas *habetur, ut ex Itinerariis liquet. Esui etiam est, ut constat ex Hist. Æth. l.* 1. *c.* 13. *n.* 16. *& nostra Dissertatione in appendice Commentarii; de Locustis. Ps.* 77, 51. *Cibus fuit Johannis Baptista. Marc.* 1, 6. *Pl.* አናብጥ፡ *Plures autem locustarum species in Oriente dantur. Vide* አንበጣ፡ *infra, & confer Bocharti Hierozoicon.*

† ነተ፡ Coccus, *seu* vestis coccinea. *Exod.* 25, 4. *&* 26, 1. ነተ፡ ክልኤ፡ Coccus duplicatus. *ib. idem ac* ለይ፡ *quod vide col.* 25. *nam pro* κόκκινον κεκλωσμένον *modo* ለይ፡ *modo* ነተ፡ *in Pentateucho ponitur.*

❁ ነተነ፡ *Convenit cum Hebr.* נתן Dedit.

§ አስተናተነ፡ Obtulit liberaliter *munus ad Sanctuarium pro usu sacro. c. c.* በ፡ *Pro illis, qui hoc faciunt, orant in Liturgiis suis:* ባርክ፡ ዲበ፡ እለ፡ ያስተናትኑ፡ በህጣን፡ ወቍርባን፡ *&c.* (*Hanc vocem vide supra col.* 197.) *& petunt ut Jesus Christus* ይዕስዮሙ፡ retribuat eis *in Hierosolyma cælesti. Lit.* 161. 4. (2.) Procuravit. Curam habuit *rei sacræ, ut: Patriarcha* ዘጸሐቀ፡ ወዘአስተናተነ፡ ለተልእኮ፡ ምሥዋዕ፡ qui curam habuit & procuravit pro ministerio altaris, *vel potius* munera conquisivit, *nam & hæc efficacia est decimæ Conjug. Enc.* 18. *Jun.* 2. 2.

* ናትናኤል፡ Nathanael, *de quo Joh.* 1, 48.

❁ ነተዐ፡ *Jos.* 10, 11. Fugit, Fugam cepit.

§ አንተዐ፡ Fugavit, In fugam conjecit. *Lev.* 26, 8. *Jos.* 7, 4.

§ ነትዕ፡ Tentorium ex pellibus. *Plur.* አንትዕት፡

ሀት: διφθέραι, Tentoria, *seu* Operimenta *tentoriorum.* እንተሀት: ዘማሀስ: በግዕ: Tentoria ex pellibus arietum. *Exod.* 39, 20.

† ናውታይ: Ναύτης, Nauta. *Graecum est. Org. Lect.* 3. *Pl. contr.* ናውታይት: *pro* ናውታያዊያት: *Apoc.* 18, 17. (2.) *In MSS. Colb. pro Adjectivo* Nauticus *ponitur; ut:* መልሕቅ: ናውታያዊ: Anchora nautica.

✿ ነትገ: *Propr. dicitur de liquore aliquo vel humore.* Decrevit. Imminutus fuit. *Vas aliquod* evacuari cœpit: *Metaph. de lacrymis.* ኢነትገ: አንብዕየ: *Act.* 20, 31. እንበለ: ነቲግ: Sine decremento *vel* imminutione, *h. e.* plenariè. *Enc.* 28. *Jul.* 1. 2. (2.) Minus dedit, *vel* præstitit. Detraxit; *ut:* ባዕል: ኢይወስክ: ወነዳይ: ኢይንትግ: Dives non adjiciat, & pauper non detrahat. *Exod.* 30, 15.

§ አንተገ: Cessavit, Intermisit. ኢያንተገ ት: ስዒመ: Non cessavit osculari. *Luc.* 7, 45: Omisit *in scriptura, ut:* ዘወሰክነ: ወዘአንተግነ: Id quod addidimus & quod omisimus &c. *Epil. Actor.* Demisit. Imminuit *vel* deminuit, & *sic opponitur verbo* ወሰከ: *Deut.* 4, 2. *Inf. nom.* አንትጎ: Evacuatio *ex parte.* Imminutio. *Syn.*

§ ተነትገ: Imminuta sunt *aquæ. Gen.* 8, 1. Decrevit *febris.*

§ ንቱግ: *Quod* non est plenum, *sed* ex parte evacuatum. *Syn.* (2.) Defectus, Hiatus *in libro, sive vocis sive literæ. Pl.* ንቱጋን: እማኅበር: Exemti *vel* secluſi à congregatione aliqua. *Enc.* 11. *Sept.* 6. 4.

§ ንትጋ: ὑστέρημα, Defectus, Inopia. 2. *Cor.* 8, 14. *Opp.* ተረፍ: (2.) Imminutio, Diminutio. እንበለ: ሕፀፅ: ወንትጋ: Sine imminutione & diminutione. *Enc.* 3. *Sept.* & 22. *Jan.* (3.) Cessatio, *ut: Oratio* እንበለ: ንትጋ: sine intermissione. Indesinenter. *Enc.* 19. *Jan.* ዘአልቦ: ንትጋ: Cui non est intervallum, *vulgo* Immediatum. *Poeticè. Enc.* 28. *Dec.* 1. 1.

§ ነትጎ: Evacuatio *pro parte tantùm. Enc.* 26. *Febr.* 1. 1.

§ ንትገት: *Idem. Syn.*

✿ ነተረ: Discerpsit. Laceravit. Dilaceravit *velut forcipe.*

§ ንቱር: Discerptus. Laceratus *dicto modo.*

§ ንትራ: Ruptura, *forcipe facta.*

§ ንትረት: Discerptio. Laceratio. ንትረት: ሥጋ: በነጽን: Laceratio corporis ferro *facta. Enc.* 6. *Mart.* 1. 3.

* ኖኅ: Noah. Noachus *in diluvio servatus. Enc.* 6. *Jan.* 1.

* ነነዌ: Ninive. *Matth.* 12, 41. *In Prophetia Jonæ impressa legitur* ነነዌ: *Cæterum vocabulum hoc factum est Chronologicum. Scaliger ait significare* Dominicam proximam ante Septuagesimam *Ecclesiæ Romanæ. Comp. Æth.* 699. *In Computo nostro MSS. quatuordecim diebus præcedit Introitum Jejunii.*

✿ ንእሰ: *Constr. c. acc. & habet vim Comparativi.* Minor fuit, *ut:* ዘይንእሶ: Qui minor est eo. *Matth.* 11, 11. Inferior fuit. *Comment. pag.* 501 *n.* 18. *Seq.* እምኵሉ: *habet vim superlativi,* Minimus fuit. ወትንእስ: እምኵሉ: Et minimum est omnium. *Marc.* 4, 31. (2.) Minor natu, minor annis fuit. *Matth.* 2, 16. ወልዱ: ዘይንእስ: Filius natu minor. *Luc.* 15, 12.

§ አንአሰ: Parvum *vel* minorem dignitate reddidit. *Usus hujus vocis est in comparationibus, ut: Joachimus pater S. Mariæ virginis omnes* ያንእስ: አበወ: inferiores reddit patres, *i. e.* Omnes alios patres gloria post se relinquit, *sive* præcellit, *eò quod S. Mariam genuerit. Enc.* 7. *April.* 1. 5. (2.) Inferiorem, Minorem æstimavit. *Comment. p.* 505. *n.* 50.

§ ተንአሰ: Infimus, Minimus fuit, *vel* factus est; *ut:* እለ: ይትነአሱ: Minimi, Infimi. 4. *Reg.* 18, 24.

§ አስተንአሰ: (1.) Pro parvo habuit. Parvum visum fuit. Parvi æstimavit, *ut:* ታስተን እስዎኑ: (*sic lege*) Parvi penditisne illud, *quod* &c. *Num.* 16, 9. 13. (2.) Valdè parvum vel humilem reddidit. እስመ: ታስተንእስ: ቃለ: Quia humilem sermonem profers. *MSS. Colb.*

§ ንኡስ: Parvus. Modicus. *Ps.* 41, 8. ንኡስ: ክርስቲያን: Νεοχριστιανοί, *q. d.* Parvi Christiani, *i. e.* Novitii, Neophyti. *Lit.* 174. *c.* 4. *vel* Catechumeni. *Can. Apost. Comm. p.* 307. *n.* 24. & 25. (2.) ንኡስ: ሰብእ: Homo tenuis fortunæ. *Gall.* Un petit homme. *Pl.* ንኡሳን: Minorennes, ætate minores. *Matth.* 10, 42. ንኡሳን: ነቢያት: Prophetæ minores. *Enc.* 8. *Jan. F.* ንእስት: ሐመር: Scapha. *Act.* 27, 30. *Item forma* ሐዳስ: *ut:* ንእስ: መርዔት: Parvus grex. *Luc.* 12, 32. ንእስ: ልብ: *q. d.* Cor parvum, *i. e.* Imbecillitas animi. Pusillanimitas. *Lit.* 160. *c.* 3. ንእስ: ድንግል: Virgo adolescentula. *Org. tanquam à masc.* ንእስ: *Enc.* 29. *Dec.* 2. 4.

§ ናእስ: Parvitas. Tenuitas. ናእስ: ልብ: Kleinmüthigkeit. ጸ: ር:

§ ንእስ: Minorennitas. Adolescentia. *Matth.* 19, 20. እምንእስየ: Ab ineunte ætate mea. *Ps.* 70, 18.

§ ንእስና: *Idem. Enc.* 15. *Jan.* 2. 1.

† ናእት: *Hebr.* מצות Azymus, Infermentatus. *Exod.* 12, 15. *Jud.* 6, 16. 20. *De iis qui edunt* ናእት: አይሁድ: azyma Judæorum. *Syn.* ናእት: አንትሙ: Azyma estis, *pro* ἄζυμοι. 1. *Cor.* 5, 7.

† ናእክ: *Hebr.* אנך *Arab.* الآنك *per metathesin literæ.* Stannum. *Num.* 31, 22. Τὸν λίθον τὸν κασσιτέρινον. *Zach.* 4, 10. *Æthiops reddidit:* እብነ: ናእክ: Lapidem stanni, *seu* Perpendiculum ex stanno *vel* plumbo. *Hæc enim metalla non satis distinxerunt, quæ tamen distincta reperiuntur d. l. Num.* 31, 22. (2.) *Meton.* Bolis. *Belg.* Het loot. *i. e.* Plumbum. ናእክ: ሀረር: Bolis plumbea.

Act. 27, 28. (3.) Gemitum *significat, idque ex Hebræo* נאק *per antistœchon derivatum videtur; ut: Libera me à fletu & stridore dentium* ወእምገዐዝ፡ ፃእኝ፡ & à multo gemitu ጸ፡ ር፡ (4.) Macula *vel* Pollutio; *ut*: ንጽሕ፡ ዘእንበለ፡ ፃእኝ፡ ወፄነስ፡ Castitas sine pollutione & macula. *ibid.* *Convenit cum Arabico* نكات Maculæ.

* ፃእኩቱ፡ ለአብ፡ Naakuto Laabus. *Nom. pr. Regis Æthiopiæ. Enc.* 2. *Nov.* 1. 2.

⚙ ንእደ፡ *Luc.* 16, 8. Probavit. Approbavit. Comprobavit. Ob factum aliquod laudavit. 1. *Cor.* 11, 22. ንእደ፡ ርእሶ፡ Laudavit se ipsum. Jactavit se. *Joh.* 8, 13. (2.) Testimonium bonum de aliquo reddidit. *Act.* 16, 2.

§ ተንእደ፡ Approbatus, Laudatus fuit. *Syn.*

§ ንእድ፡ Vir bonæ & integræ famæ. Laudatus. Probatus. *Æ.*

§ ንእዶት፡ Approbatio. Comprobatio.

* ናእድ፡ Naod. *Rex Æthiopiæ. Pater Regis Davidis. De quo vide Histor. nostram Æthiopicam Lib. II. cap. 6. n. 9. Est alias nomen proprium unius è Judicibus Israelitarum, Hebræis* אהוד Ehud *dicti. Jud.* 3, 15. *Græci L. X X. id vocabuli pronunciarunt* Ἀωδ, ה. *enim seu* h. *in medio vocis scribere non possunt. Eodem modo legitur in versione vulgata. Quod autem Æthiopes* NAOD *per prosthesin lit.* N. *efferunt; inde factum puto, quod dicto loco* τὸν Ἀωδ *reperiatur, quod fortè (ut in veteribus MSS. sæpe factum) olim scriptum fuit* τὸνΑωδ *ita ut Æthiopes* N. *ad utramque vocem pertinere putaverint. vel primus scriptor dictari audiens* τὸν Ἀωδ, *literam* N. *geminandam putaverit* τὸν Ναωδ, *unde postea* ናእድ፡ *factum.*

⚙ ፃኰለ፡ — ንኰለ፡ *ut*: ስኩር፡ ወንኩል፡ Ebrius & Vacillans, *seu* nutans. Truncken und taumlend. *MSS. Colb.*

† ፃኰለል፡ Agitatio. *Vide* ነውለለ፡

⚙ ፃነረ፡ — አንከረ፡ *Matth.* 8, 10. 27. Miratus, Admiratus fuit. *cc.* እም፡ *ut*: አንከሩ፡ እምዝቲ፡ ተአምርት፡ Mirati sunt hoc miraculum. *Enc.* 20. *April.* 1. 5.

§ ተንከረ፡ *Ps.* 138, 5. Admirationi fuit. Admirabilis factus est. *cc.* እምንበ፡ *ut*: ይትነከር፡ እምንበ፡ መላእክት፡ Cum admiratione consideratur ab Angelis. *Org. Lect.* 3. *Exod.* 15, 21. *sic reddidit Græcum* δεδόξασται, Glorificatus fuit. (2.) Alienatus fuit. Alienus factus est per alium. *Ps.* 57, 3. Diversus factus fuit *ab alio.*

§ ተናከረ፡ Alienatus fuit. Alienus factus est alius ab alio; *ut* ተናከሩኒ፡ Alieni facti sunt mihi. *Ps.* 37, 12. *Cc. suff. seq.* ለ፡ *ut*: ተናከሮ፡ ለዝቲ፡ ዓለም፡ Alienus factus est ab hoc mundo. *Enc.* 11. *Jan.* 1. 5. ተናከሮ፡ ለሕይወት፡ ክርስቶስ፡ Alienus fuit à vita Christi. *Enc.* 7. *Jun.* 1. 3. *Hebr.* נָכַר Alienavit.

§ ንኩር፡ Mirus. Mirabilis. Admirabilis. ንኩረ፡ አርአያ፡ Mirabilis figuræ. *MSS. Colb.*

§ ንክሮ፡ Res mirabilis, Admiranda, *ut* ሶ ምጣ፡ ብርሃናት፡ ንክሮ፡ Conversio astrorum, res admiranda, *per appositionem. Enc.* 11. *Jul.* 2. 4. (2.) Admiratio, *ut*: በቃለ፡ ማኅሌት፡ ወንክሮ፡ Voce cantici & admirationis. *Enc.* 14. *Jan.* 4. 1.

§ ናኪር፡ Alienus, Externus, Extraneus; *ac Substantivè* Alienigenam *denotat. Ps.* 17, 40. Incapax. Inhabilis. *c. c.* እም፡ *ut*: *Ne jam* ናኪረ፡ እመንግሥተ፡ እግዚአብሔር፡ *tam quam* inhabilis *exclusus* à regno Dei *Vit. Sam. Plur.* ናኪራን፡ *Ps.* 53, 3. Alienæ religioni addicti. *pecul.* Ethnici. *Lit.* 1. 4. *c.* 14. *F.* ናኪርት፡ Mirum. Mirabile. *Gall.* estrange. *Psal.* 117, 22. *Matth.* 21, 42.

* ንኪራዊ፡ *Hebr.* נכרי Alienus, Peregrinus. *Th. P. F.* ንኪራዊት፡ Peregrina. Aliena. *Syn.*

§ መንክር፡ Miraculum. *Ps.* 97, 1. *sic etiam lege cum MSS. Ps.* 91, 6. *&* መንክር፡ *Org. Per meton. abstr. pro concreto* Mirabilis, Admirandus. *Exod.* 15, 11. *Fæm.* መንክርት፡ Admiranda *Maria.* ጸ፡ ር፡ *Pl.* መንክራት፡ *ut*: ገባሬ፡ መንክራት፡ Operator miraculorum: Thaumaturgus *Græcè. Quo cognomento insignitur* Gregorius Neocæsariensis, *&* quidam ዜኖን፡ Zeno. *Enc.* 2. *Feb.* 2. 1.

§ መንክረ፡ Mirabiliter. *Ps.* 75, 4.

§ መንክራዊ፡ Miraculosus, *ut*: መንክራዊ፡ ዕንቍ፡ Miraculosa gemma. *Lib. Myst.*

* ናክሮ፡ Nacaro. Asceta rigidissimus. *Beatus vocatur. Enc.* 13. *Jan.* 3. 1.

⚙ ፃከበ፡ — መንከቢያ፡ *Vocabulum formæ insolitæ, idque peregrinum esse arguit. Æthiopes ignorant quid sit. Ex Arabismo exponendum videtur; in quo* منكب Humerum, *in brutis* Armum *significat, & apud Æthiopes Plur.* መንከቢያት፡ Brachia infantum, *quæ illas ligare solent à puerperis, ne ea jactando luxent vel curvent. Propterea legitur de Maria:* አሰረቶ፡ መንከቢያቲሁ፡ Ligavit brachia ejus *fasciis. Luc.* 2, 7. *In Græco est* Ἐσπαργάνωσεν, *q. d.* Fasciavit, *i. e.* Fasciis involvit. *Quod in Æthiopia non faciunt, nec calidioribus climatibus convenit.* እሱረ፡ መንከቢያቲሁ፡ Ligatus brachiis suis. *v.* 12. *Wemmerus exposuit* Pollices, *quem in prima editione secuti sumus. Ille procul dubio ex Habessinis Romæ existentibus, intellexit, qui Æthiopicæ linguæ, ut ego compertum habeo, non satis gnari erant.*

⚙ ፃነፃነ፡ Quatere. Concutere. *Conf.* ናሕንሐ፡ *col.* 392. *sub* ፃሕሕ፡

§ ተፃነፃነ፡ Quati. Concuti. *ut*: ዓምድ፡ እንተ፡ ኢትትፃነፃን፡ Columna inconcussa. *Org. Lect.* 1.

§ ንፅኑፅ፡ Concussus, *i. q.* ንሕኑሕ፡

⚙ ፃነሀ፡ — ፃነህ፡ Locusta minor, *qualis*

nostra

nostra est. Æ. Pl. አናኅዑ: *for.* አባገዐ: ἐρυσίβη, Rubigo, *legitur Deut.* 28,42. *Ps.* 77,51. 3.*Reg.* 8,37. *ut & Joel.* 1,4. & 2,25: *qui morbus est spicarum; sed Æthiop. Interpres, ut & Syre & Arabs rectius visum, de insecto fruges depascente reddere, ut:* ዘአትረፈ: አንበጣ: በልዐ: ደጎቢያ: ወዘአትረፈ: ደጎቢያ: በልዐ: አናኅዑ: Quidquid reliquit locusta maxima (*Africana*) depascit locusta media, & quidquid reliquit locusta media, depascit locusta minor. *Et verisimile est voces Hebraicas* ילק & חסיל *ejusmodi* insectorum species esse, *uti Bochr. in Hieroz. l.* 2. *c.* 4. *p.* 466. *rectè docet: nam verbum* אכל Devoravit, *ad ea melius quadrat.*

⚙ ነከየ: *Luc* 4,35. Nocuit. *Marc.* 16,18.

§ አንከየ: Noxam fecit, *seu* Damsit; Detraxit, Ademit. *Deut.* 12,32. *Comedere* ኢ ይረብሐነ: ወኢ ያንክየነ: nullum lucrum vel damnum affert nobis, *i. e.* nihil dat nec adimit nobis. 1.*Cor.* 8,8.

§ ተናከየ: *Hom. Jacobi.* Læsus fuit. Nocitum ipsi fuit. እንዘ: ኢይትናከዩ: Illæsi *vel* incorrupti. 1.*Cor.* 15,52.

* ኒኪጣ: Nicetas *martyr. Enc.* 18. *Sept.* 2.5.

† ነዋ: En! Ecce! *Ps.* 51,6. *i. q.* ነየ: & ናሁ: *quæ vide.*

* ነዌ: *Jos.* 1,1. *Nom. prop. Josua Filius* Nave, *in Hebr.* Nun.

⚙ ኖለወ:—ተንወለወ: *Contr.* ተኖለወ: Pastor constitutus fuit. Pastor fuit, *tam gregis, quam Ecclesiæ.* (2.) Rexit *vel* duxit *aliquem sicut pastor gregem, & quidem præeundo, ut:* ተኖለወኒ: በፍጽምየ: ወዕቀበኒ: በከዋላ: Duc me in fronte, & custodi me à tergo. *Enc.* 25. *Jan.* 3. 4. (3.) Protexit *vel* defendit *gregem. ec. acc.* ተኖለውሙ: *Lit. MSS.*

§ ኖላዊ: Pastor gregis. *Matth.* 25,32. *Metaph.* Rector. *Ps.* 79, 1. Pastor *Ecclesiæ. Æ. Plur.* ኖሎት: *Marc.* 5,14. *Luc.* 2,8. *Contr. pro* ኖለውት: *Fæm.* ኖላዊት: Pastrix. Eine Schäfferin. Pecoris custos fœm. ኖላዊተ: አጣሊ: Quæ pascit capras. *Vit. Sam.*

⚙ ኖመ: Dormire. *Præt. Def.* ኖሙ: *Ps.* 40,9. *Metaph.* Obdormire, *i. e.* vitâ defungi, *ubi de Christianis piè defunctis sermo est.* አዕርፎ: አበዊነ: እለ: ኖሙ: Quiescere fac patres nostros, qui obdormiverunt. *Lit.* 164. *c.* 4. & *alibi.*

§ አኖመ: Sopivit somno. Soporavit. Dormire fecit. ምንትኑ: ያነውመክሙ: Quid soporat vos? *Surgite. Luc.* 22,46.

§ ነዋም: Dormiens. *Cant.* 5,1.

§ ነዋሚ: Dormitator. Somnolentus.

§ ንዋም: Somnus, *lege* እምንዋም: A somno. *Luc.* 9,32. ሕማም: ንዋም: Morbus somnolentiæ, *i. e.* Lethargus *sive* Lethargia. ጸ: ሮ:

§ መንዋም: Dormitorium. *e. Æ.*

⚙ ነቀረ:—አንወረ: Vituperavit. Vitio vertit. Vitio dedit.

§ ተነውረ: Vitio versum est.

§ ንዉር: Maculatus, Pollutus, Vitiosus. *Mal.* 1,7.

§ ነውር: Vitium. Macula. ዘአልቦ: ነውር: Immaculatus. *Ps.* 65,14.

† መናረት: *Hebr.* מנורה Candelabrum. *Radicem in hac lingua non habet; quære igitur in lit.* መ: *col* 80.

⚙ ነዊኅ: *Præt. Def.* ኖኀ: Altus, Altior fuit, *vel* factus est. Eminuit. *Ps.* 37,4. Excelsus fuit. (2.) Longus fuit. In longum se produxit. Prolongatum, Protractum fuit *negotium.* (3.) *Ex Hebr. signif.* נוח Resedit, Requievit. ይንበር: ይኑኅ: ይኑር: ወይኑኅ: Maneat; Commoretur, & requiescat. *Lit. MSS.*

§ አንኀ: *pro* አኖኀ: *propter alephum gutturalem.* Produxit, Prolongavit, Promisit, *e. g. capillos, ut: Fæmina si* አንኀኀ: ሥዕርታ: promiserit capillos suos. 1.*Cor.* 11,15. ነፍስየ: አኖኅኩ: Animam meam produxi. *Ps.* 118,131. Extendit. *Ps.* 84,5. (2.) Extulit. In altum tulit. *Jac.* 1,6. (3.) Produxit *sermonem, preces.* Prolixior fuit. *Luc.* 20,47. *Periphrasin efficit Adverbii* Diu, Longè, Multum; *ut:* አንኀ: ነበረ: Diu mansit. *Enc.* 4. *Aug. Inf.* በአንኆ: Prolixè: Multis verbis. *Æ.*

§ ኑኅ: μῆκος, Longitudo. *Psal.* 55,2. (2.) Spatium *vel* Intervallum temporis *certum, ut:* ኑኅ: ፫: ዐለት: Per tres dies. *Enc.* 5. *Octobr.* ኑኅ: ሀመታት: ፳ወ፯: Spatio XXVII. annorum; *i. e.* Viginti septem annos. *Enc.* 10. *Dec.* 5. 5. Regionis. *Gen.* 13,17. Loci *vel* corporis cujusdam; *ut:* ኑኁ: ለታቦት: Longitudo arcæ. *Exod.* 25,10.

§ ነዋኅ: Excelsus. Altus. *Lit.* 166. *c.* 3. *F.* ነዋኅ: *Substantivè & neutraliter accipiunt, ut alia fœminina; ut: Dominus* ለነዋኃኒ: እምርሑቅ: ያአምር: id quod excelsum est è longinquo novit *Psal.* 137,7. ነዋኅ: ጥቅም: Alta mœnia. *Apoc.* 21,12. *Forma ista etiam in masculino occurrit, exemplo* ሠናይ: *ut:* ነዋኅ: ወልዑል: Altus & excelsus thronus. *Org. ex Es.* 6,1. *De loco, ut:* ደብር: ነዋኅ: Mons altus. *Matth.* 17,1. (2.) *De tempore:* Longus. Diuturnus, *ut:* ለነዋኅ: መዋዕል: In longos dies. *Psal.* 20,4. (3.) Profundus. & *sic æquipollet Latino* Altus; *ut:* ግብ: ነዋኅ: Fovea profunda. *Vit. Greg. Armen. Fæm.* ነዋኅት: Alta, Excelsa. አድባር: ነዋኅት: *sic in MSS. Ber. & Poc. per enallagen generis & numeri. pro* ነዋኃት: Montes excelsi. *Ps.* 94,4. *Gen.* 7,19.

§ ነዊኀ: Procul. Longè. *Matth.* 15,8. *Enc.* 11. *Jan.* 1. 5. *pro quo legitur* ነዊኀ: *Marc.* 7,6. (2.) Diu. *Vit. Dan.*

§ ኑኃት: *Contr. pro* ንውኃት: Productio.

† ንዋይ: *In gen.* Vas, Σκεῦος. *Pſ.* 30,16. ንዋየ: ለብሐ: Vas figulinum. *Pſ.* 2,9. (2.) Materia. Instrumentum. *Et ſic periphraſi multarum rerum inſervit, ut:* ንዋየ: ቤተ: ክርስቲያን: Instrumentum ſacrum, *ſive* ſupellex Eccleſiæ, *ut* vaſa, veſtes *atque* apparatus ſacer. *Enc.* 1. *April.* 1.5. ንዋየ: ሐቅል: Arma, *q. d.* Vaſa campi. *Luc.* 11,21. ንዋይ: ዘዓለም: Mammon. Divitiæ. *q. d.* Inſtrumentum hujus mundi. *Matth.* 6,24. Opes. Facultates. *Marc.* 10,23. *& ſimpliciter* Divitiæ, *ut:* ንዋየ: ርትዕ: Divitiæ legitimæ. *Epil. Job.* Res alicujus propriæ. በንዋየ: ዚአየ: Meis ſumtibus; Meis impenſis. *Præf. Syn.* ንዋየ: ጽቡር: Materia luti, *Poeticè pro* Luto ipſo. *Enc.* 30. *Febr.* 2. ንዋየ: ውስጥ: Inteſtina. Eingeweide. *Exod.* 29,17. *Plur* ንዋያት: *ut:* ንዋያት: ከርሥ: Viſcera; *ſeu* vaſa inferiora ventris; *ſive* Inteſtina *Poeticè. Enc.* 23. *Dec.* 2. 3. ንዋያት: ሐመር: Inſtrumenta navis. *Act.* 27,19.

* ንዋየ: ክርስቶስ: *q. d.* Opes Chriſti. *Rex Æthiopiæ ita dictus. Liturg.* 160. *c.* 3. *Enc.* 15. *M.* 91. 2.

✿ ንጌግ:——ኑግ: Melanthion *ſive* Nigella. Schwarzer Römiſcher Kümmel. ቅብአ: ኑግ: Oleum nigellæ. *Lex. Amh. col.* 52.

† ንዑ: Age, Veni. *Matth.* 14,29. ንዑ: ርእ: Age, Vide. *Apoc.* 6,1. *Vide Gramm. Lib. II. c.* 27.

† ናዕክ: Stannum. *Vide* ናእክ:

✿ ነዐወ: *Gen.* 25,28. Venatus; Aucupatus eſt. (2.) *Metaph.* Diligenter quæſivit & captavit. Inſidias tetendit. *Luc.* 11,54. (3.) Inhiavit *alicui rei* avidè; *more venatorum, ut Leo cadaveri. Poëticè. Enc.* 30. *Sept.* 3. 4. *tribuitur enim etiam animalibus rapacibus. Org. Lect.* 1.

§ ነዓዊ: Venator, Auceps. *for.* ነዓዊት: *Enc. Pl.* ነዐውት: *Enc.* 28. *April.* 3.3. *atque ſic legendum pro* ናእዊት: *Pſ.* 90,3. *&* 123,6. *Variant hic Codices impreſſi & MSSti. Græca verba, ſenſus & constructio poſcunt, ut* Liberat me ἐκ παγίδος θηρευτῶν, *legimus & vertimus:* እመሥገርተ: ነዐውት: è laqueo venatorum *vel* aucupum. *Nihilominus in Codicibus MSStis Pocokii, Berolinenſi, nec non in vita Samuelis reperitur* እመሥገርት: ነዐዊት: *quaſi* ነዐዊት: *adjectivum eſſet, & reddere oporteret* è laqueo venatorio. *Cùm tamen ratione formæ analogicè ſit ſubſtantivum. Ipſi Æthiopes hoc in loco non ſatis ſibi conſtare videntur.*

§ ናዐዊ: *pro* ነዐዊ: *per ſolitam Metatheſin vocalium.* Venatio. *Gen.* 27.30.

§ ንዐወት: Venatio. Venandi actus.

§ መንዐው: Locus venationis. 1. *Sam.* 24,3. Ein Jage-Platz.

† ነዛሀለ: Aniles fabulæ: *Vide in* ዛሀለለ:

✿ ነዝሐ: *Vide mox* አንዝሐ: *ſub* ነዘነ: *col. ſeq.*

* ናዝሬት: Nazaret, *urbs Galilææ.*

§ ናዝራዊ: Nazarenus. *Marc.* 10, 47. *propriè is, qui Nazarethi natus vel educatus eſt; at Poëta de* Naziræo *ſeu* Devoto, *aut* Voto obſtricto *malè accepit, de quibus agitur Num.* c. 6. *ut:* ስምዖን: ናዝራዊ: ዘተሰምየ: Simon Nazaræus qui vocatus fuit. *Enc.* 30. *Mart.* 2. 1. *ex Jud.* 13,5. *ubi MSS Alex. habet* Ναζιραῖος, *quod melius* ናዚራዊ: *ſcriberetur.*

* ናዝራዊት: Nazarena. *Nom. pr. Fœm.*

✿ ነዘነ: *Hebr.* נזה Reſperſit. Conſperſit. *Pſal.* 50.8.

§ አንዝሐ: *per* ሐ: *reperitur in Enc.* 5. *Dec.* 4. *ut:* ያንዝሕ: መነኮሳት: እግረ: Lavat pedes (*ut videtur*) monachorum fratrum. *Hebraicum* הזה *in Hiphil ſignificatione convenit cum Kal.*

§ ተነዝነ: Aperſus, Conſperſus, Reſperſus fuit. *Lev.* 6,27.

§ ንዙን: Reſperſus. Conſperſus. *Apoc.* 19,13.

§ ንዘኔት: Aſperſio. Conſperſio. 1. *Pet.* 1,2.

§ መንዘኒ: *&* መንዘኒ: *prout legitur in Org. Edit.* Reſperſorium *vel* Aſpergillum, *vulgò* ein Sprengel/ *quo ſpargitur aqua vel ſanguis.* (2.) *i. q.* ንዘኔት: *ut:* ማየ: መንዘኒ: Aqua aſperſionis, *q. d.* Aqua aſpergilli. *Num.* 19,9.

§ መንዘኒ: *Analogicè eſt nomen locale, ac reddendum eſt* Labrum, Pelvis *vel* Concha, *ut:* ተተረለይ: መንዘኒ: ደም: Conſperſorium conchæ ſanguinis, *quâ ſcilicet ſanguis aſperſioni deſtinatus continetur. Org. Lect.* 5. ንዋየ: ለብሐት: Vaſculum figulinum *intelligi videtur, de quo agitur Lev.* 14,50. ማየ: መንዘኒ: *legitur in Organo meo MSS. pro quo in Codice MSS. Edit. reperitur* ማየ: መንዘሕ: Aqua aſperſionis; *prout paulo ante allegavimus Num.* 19,9.

† መንዙኒ: Delicatus. *V. in* መ: *col.* 83.

✿ ናዘዘ: Solatus, Conſolatus eſt, Solatio affecit. *Pſ.* 68,25. *Inf. nom.* ናዘዞት: Solatium. *Pſ.* 93,19.

§ ተናዘዘ: Conſolationem percepit, *vel* admiſit. Solatio affectus eſt. *Præf. Syn. & conſequenter* Lætitiam, Gaudium animo percepit. *Org. Lect.* 5. (2.) Conſolari ſe invicem, *ut Conjugationis octavæ; ut:* ወይትናዘዛ: ክልኤሆን: እምቃለ: መጻሕፍት: Et conſolabantur ſe invicem *Maria & Eliſabeth* ex dictis Scripturæ. *Relatio de B. Maria.* (3.) Confiteri peccata *ſacerdoti; ſic Amhar. accipitur. Vid. Lex. col.* 52.

§ ናዛዚ: Conſolator, Paracletus. *F.* ናዛዚት: *Lit.* 170. *c.* 4.

§ ኑዛዜ: Conſolatio. *Org. Lect.* 7. (2.) Confeſſio *peccatorum; quæ fit miniſtro Eccleſiæ. Amharicè. Lexic. d. loc.*

§ መናዝዝ: *i. q.* ናዛዚ: *& ferè uſitatius eſt. F.* መናዝዝት: Conſolatrix. *Org.*

† መንዙዝ: Contumeliis affectus, *à rad.* መንዘዘ: *vide ſub radice ſua, col.* 83.

† ኖየ:

§ አያይ፡ Contractum videtur ex አያዊ፡ ficut in numeralibus ex ሠለስተ፡ fit ሠለሳይ፡፡ Similis vel Æqualis, ut: Pax Diofcoro & Æfculapio አያዩ፡ fimili vel pari ejus. Gall. Son pareil. Enc. 1. Jan. 2. 1. Dictus fuit Apoftolicus በኵሉ፡ አያዩ፡ inter omnes fuos æquales. Enc. 7 Maji. 1. (2.) Subftantivè accipitur pro Qualitate, Forma feu Figura; ut: ተወለጠ፡ አያዩ፡ Mutata fuit forma ejus. Enc. 16. Jul. 1. 3. ወቦ፡ ላዕሌሁ፡ ዘክብሪ፡ በረድ፡ አያየ፡ Et erat fuper eum Chryftalli figura, vel Similitudo, fpecies; & fic valet i. q. አምሳል፡ Enc. 27. Jul. 4. 3. Plur. አያያት፡ ut: Chriftus verfatus eft in hoc mundo በአያያተ፡ ገብር፡ in qualitatibus fervi, i. e. in figura fervi. Syn. De Manna: Sapor ejus ከመ፡ አያያተ፡ መዐር፡ ficut qualitates mellis, i. e. Inftar mellis. Exod. 16, 31. In Græco eft ὡς ἐγκρὶς ἐν μέλιτι, quod reddunt interpretes fimilam, bellarium, alii aliter; ex conjectura magis, ut videtur, quàm ex ufu. Vide Flam. Nob. Notas ad d. l.

* ኢዮጵራቅስያ፡ Eupraxia, Chrifto fe defponfatam dixit Enc. 26. Martii. 2. Multos fortes viros pudefecit fuà conftantià. Enc. 2. Aug. 2.

† እድ፡ Manus, cum aff. pofcit ዴ. (2.) Pars, ut: ራብዕተ፡ እዴሃ፡ ለምድር፡ Quarta pars terræ. Apoc. 6, 8. (3.) Vis vel Poteftas, æquè ac Hebr. יד & Lat. Manus, ut: Liberabit me እምእዴ፡ ሲኦል፡ è manu inferni. Pfal 48, 16. ኵሎሙ፡ ታሕተ፡ እዴሁ፡ Omnes funt fub poteftate ejus. Vit. S. Traduntur ውስተ፡ እደ፡ ሲይፍ፡ in manum gladii. Pf. 62, 9. Græcum χειροπέδαις, Manicis. Pf. 149, 8. malè redditur: እደ፡ ሰንሰለ፡ q. d. manus catenæ. (4.) Prepofitionem

nem Per *circumscribit.* በእዴሁ፡ Per ipsum *vel* Ab ipso, *i. e.* ejus opera *hoc vel illud factum fuit, ut:* እለ፡ በእዴከ፡ አምኑ፡ Qui per te, *i. c.* ope tua crediderunt. *Enc. 3. Maji. 2. 5. Pl.* እደው፡ *Psal. 90, 12.* በእደው፡ ኀጺን፡ እንዘ፡ ይጸፍእ፡ ገጾ፡ Manibus ferri (*i. e.* chirothecis ferreis) percussit faciem *Abba-Herode. Enc. 25. Maji. 2. 5. Et* አእደው፡ *Org. Lect. 1. Vide & radicem* ኦደወ፡

§ እደ፡ Ubicunque, *ut:* እደ፡ እወዕል፡ ወእበይት፡ Ubicunque, *vel* quocunque in loco diem vel noctem transegero. *Org.*

* እደ፡ ማርያም፡ Manus Mariæ. *Nom. Prop. Viri. Lit. Joh.*

† አደል፡ Tunica. *Vide sub* ሀ፡

❂ አደመ፡ *Matth. 14, 7. Conf. E.* Placuit *alicui.* አደመተከኑ፡ *est 3. fœm. cum affixo & interrogativo* ኑ፡ Placuitne tibi? *Ps. 49, 22. c. c. accus. seq.* ለ፡ Gratum fuit. ዘየአድዎ፡ ለእግዚአብሔር፡ Quod gratum est, *vel* placet Domino. *1. Joh. 3, 22.* አደመክሙኑ፡ Gratane vobis sunt? *per Enall. num. Luc. 11, 48.* (2.) *Aliam significationem vide post* አደም፡

§ አስተአደመ፡ Valde Jucundum, Suave, Delectabile reddidit. *Org. Lect. 4.*

§ እደም፡ Jucundus, Suavis, Acceptus, *ut:* እደም፡ ዜና፡ Jucundæ *seu* bonæ memoriæ. *Ep. ad Susn. Comment. p. 495. n. 6. Vide sequens.*

§ አደም፡ *Mascul. est, forma* ሠናይ፡ Jucundus, Suavis, Gratus, *ut:* ቃልከ፡ አደም፡ Sermo tuus jucundus. *Cant. 2, 14. De viro bono* አደም፡ ዝክር፡ ወዜና፡ Gratus recordatione & memoria, *i. e.* Felicis memoriæ. *Enc. 21. Jul. 6. 1.* (2.) *Neutr. & subst. accipitur Ps. 132, 1.* ነሁ፡ ሠናይ፡ ወናሁ፡ አደም፡ Ecce *quàm* bonum & ecce *quàm* jucundum. (3.) Pulcher, Formosus, Elegans; *ut: Deceptus fuit* በሠነ፡ ላህዩ፡ አደም፡ Pulchritudine formæ ejus *mulieris* eleganti. *Enc. 11. Jan. 1. 2.*

* አደም፡ ADAM. Protoplastus. *Hoc nomen apud Æthiopes est appellativum, ut modò diximus; & significat* Formosum, *quæ procul dubio genuina & antiqua hujus nominis est significatio; ab elegantia omnibus numeris absoluta. Non illa; quæ vulgò obtinet,* à rubedine terræ *ineptè dicta. Vide Hist. Æth. L. I. c. 15.*

§ አደም፡ *Adv.* Pulchrè. Eleganter. *Enc. 18. Sept. 4. 4.*

§ መአድም፡ Voluptate afficiens, Delectans, Voluptatem afferens. *Org. Lect. 1.*

II. *Remansit etiam in lingua Æthiopica altera hujus radicis significatio, quæ* Rubedinem *denotat, ut in lingua Hebræa nota, sc.* אָדֹם Rubuit. *Hinc*

§ አደም፡ Ruber, *fœr.* ሐደስ፡ *ut Coria arietum* ገብረ፡ አደም፡ facta rubra, *i. e.* rubricata. *Exod. 39, 20. In specie & substantivè:* Corium præparatum *à coriariis, ut:* ቅናት፡ ዘአደም፡ Cingulum ex corio præparato, *i. e.* Scorteum. *Matth. 3, 4. à rubore sic dictum; nobis* Rothgar/*& coriorum concinnator* Rothgärber.

§ አደማፂ፡ Ruber, Rufus. አርዌ፡ ሀዋን፡ አደማፂ፡ Draco fœdus aspectu, rufus. *Comment. p. 495. n. 8. In Apoc. 12, 3. habetur* ቀይሕ፡ Rufus. *q. v. c. 213.*

* III. አደም፡ Edom. *Malè sic scribitur pro horto* Eden. *Gen. 4, 16. scil. in Græco est* Ἐδὼμ, *ex quo Æthiops fecit* Edom.

† አድማስ፡ Adamas *gemma, ut:* እብን፡ አድማስ፡ ኀያል፡ Adamas prædurus. *Lit. 172. c. 2.* * *Est & nomen pr. Viri sancti, quem Poeta* መዐግዌ፡ ሐጸወንት፡ Liquefactorem ferramentorum *vocat, quasi ea virtus adamantis esset. Enc. 12. Nov. 3.*

* አድማስ፡ ሰገድ፡ Admas Saghed. *Nom. pr. Regis Æth. qui regnavit circa annum Christi 1560. malè* Adam *vocatur à nonnullis. Claudio successit. Vid. Hist. Æth. L. II. cap. 6. n. 29.*

* አድሞን፡ Admoo. *Martyr. Enc. 5. Oct. 2. 4.*

* አደማይስ፡ *Genit. Græc.* Ἰδυμαίας *Ps. 59, 9. 10.* Idumæa. *Hebr.* אדום Edom.

* አድራማ፡ Adramas. *Martyr. Enc. 29. Jun. 4. 1.*

* አድራኒቆስ፡ አደርኒቆስ፡ *lege* አድርኒቆስ፡ *rectius* እንድርኒቆስ፡ Andronicus. *Toties variata vox, ut peregrina solent. In Synax. Gr. 17. Maji. Ut Apostolorum socius describitur. Enc. 22. & 23. Maji. Mortuus. Enc. S. Jan. 1.*

† አድቀ፡ *Ed. Castell. habet c. 47. sed sine autoritate, & procul dubio mendosè.*

* አድኅኒ፡ Adhanius, *Nom. prop. Eremita. Enc. 3. Jan. 3. 4.*

* አዶናይ፡ *Hebr.* אדני Adonai, nomen Dei. *Enc. 29. Dec. 6. 2.*

❂ አደወ፡ Transivit. *Vide* ሀደወ፡

§ እዱው፡ Scopis purgatus, *ut: Reperit vacantem domum* እዱወ፡ scopis purgatam. *Matt. 12, 44.*

§ እደው፡ Quisquiliæ. Sordes scopis expurgatæ. *Phil. 3, 8. Cave ne confundas cum plur.* እደው፡ Manus, *à Sing.* እድ፡

§ እደዋት፡ Transitus. *Marc. 11, 4. vide per* ሀ፡ *sub* ሀደወ፡

† አድያም፡ Finitimi, *vide in* ደየመ፡

† አድግ፡ Asinus, *in genere* Jumentum. *Marc. 9, 42. Pl.* አእዱግ፡ *Gen. 24, 35. F.* እድግት፡ Asina. *Matt. 21, 2. 5. 7.*

§ አድግ፡ መረብ፡ *respondet Græco* Πελεκᾶνι, Pelecanus. *Lev. 11, 18. Ps. 101, 7. quam vocem Æthiopes minimè intellexerunt, sed aliam avem substituerunt* አድግ፡ መረብ፡ *quam ipsi hodie non intelligunt. Nam Gregorius referebat, plerosque accipere de Asino agresti,* አድግ፡ *enim Asinum, &* መረብ፡ *Amharicè* Rete *significat. Lex. col. 11. q. d.* Asinus retis; *sed sic superfluè additum esset Ps. 101, 7.*

101,7. ዘገዳም: Deserti. *Deinde Lev. XI. manifeste inter volucres refertur. Si quid conjicere valeo,* Casuarius *intelligitur, qui hodie dicitur* ሰጎን ባሕ: *q. v. col.* 355.

† እገሌ: *Hujus vocis usus est cum de nomine viri non constat.* ὁ δεῖνα. *Hebr.* פְּלֹנִי. *Aut valde fallor, aut* Philænos *fratres Carthaginenses, qui cum Cyrenensibus de finibus regundis certaverunt, ibique vivi sepulti fuerunt, inde dictos fuisse puto; quia referens historiam Romanis, nomen illorum proprium ignorabat, & Punicè* פלנים Philænos *vocabat. Vide Sallust. Bello Jugurth c.*79. *Arab.* فلان *Hispan.* Fulano, *ut: Ite in civitatem* ኀበ: እገሌ: πρὸς τὸν δεῖνα, ad aliquem. *Matth.*26,18. *In Liturgiis publicis sæpe occurrit: Pro regibus nostris* እገሌ: እገሌ: *N. N. quorum nomina inter legendum addenda.*

† እጓል: Fœtus *omnium animalium, sine discrimine vel sexus vel ætatis.* Natus, Proles, Soboles, *ut:* እጓለ: አውኃ: Proles Ausæ. *Enc.* 28. *Febr.* 4.3. *Ejus relatum est* እጉ: *Enc.* 18. *Nov.* 1.4. *De Johanne in utero adhuc existente: Saltavit* እጓል: Fœtus, Embryo. *Luc.* 1,41. (2.) እጓለ: እመሕያው: Homo, *per Enall. numeri* Homines, Genus humanum. *Vide* ሕያው: *col.*51. ወልደ: እጓለ: እመሕያው: Filius hominis. *Matth.* 9,6. ደቂቀ: እጓለ: እመሕያው: Homines. *Ps.*4,3. (3.) እጓለ: ማውታ: *Communis generis est,* Pupillus, Orphanus. *Ps.* 67,6. *& de S. Maria* Pupilla, Orphana. *Hom. Mar.* እጓለ: አንበሳ: Catulus leonis, Scymnus. *Ps.*16,12. እጓለ: ቋዓት: Pulli corvorum. *Ps.*146,10. ዕዋለ: እጓለ: እድግት: Pullus (fœtus) asinæ. *Matth.*21,5. *Plur. regularis esset* እጓላት: *quæ etiam reperitur in MSS. Pocok. Ps.*67,33. *Sed ibi respondet Græco* δαμάλεσιν, Juvencis. *At* እጕላት: *legitur Es.*11,7. *h. m.* ወይትኃነኑ: እጕላቲሆሙ: ኅቡረ: Et educabuntur catuli eorum conjunctim. *Sed ipsi Æthiopes confundere videntur hunc & sequentis vocis* እጕላት: *pluralem.*

§ እጕል: *Idem, ut:* እጕለ: አልህምት: Vituli, *q. d.* Fœtus boum. *Deut.*32,14. እጕለ: አባግዕ: Agni. *Ps.*28,1. እጕለ: መንታ: ዘወይጠል: Pulli gemelli capreolorum, *per enallag. numeri. Cant* 4,5. & 7,3. *Pl.* እጕል: Pulli, *sicut ab* እብን: *fit* እበን:: *Camelas lactantes* ምስለ: እጕሊሆን: cum pullis suis. *Gen.*32,15.

§ እጕልት: *Gen.*32,15. Juvenca, Bucula. *Jud.* 14,18. *Deut.*21,3. *Moabitis* እጕልት: ይእቲ: እንተ: ፫ክረምት: juvenca est triennis. *Es.*15,5. *Pluralis mirum in modum variat, nam modo singularis per Enallagen numeri cum verbo plurali conjungitur, ut:* እጕልት: አልህምት: እለ: ተበኵራ: βόας πρωτοτοκούσας, *q. d.* Juvencas boum, quæ primo pepererunt. 1.*Sam.*6,7. እጕላት: *reperitur Gen.* 33.13. *at* እጕላት: *Ps.*67,33. *Adeò variant ipsi Æthiopes.*

* አጋር: Hagar. *Nom. propr. ancillæ Abrahami. Gal.*4,24.

§ አጋሬዊ: Agarenus. *Pl.* አጋሬውያን: *Psal.*82,7.

† እግር: *f.* Pes. በእግር: Pedibus, *i. e.* itinere pedestri. *Matth.* 14,13. እግረ: ፀሐይ: *q. d.* Pes Solis, *i. e.* Radii solares, *ut puto. MSS. Colb.* (2.) *Varias admittit Metaphoras, quæ non omnes claræ sunt, ut:* እግረ: መራኁት: Pes clavium. *MSS. Colb. quid sibi velit, incertum. Pl.* እግር: Pedes. *Ps.*17,36. & አእጋር: *Org. Lect.* 1.

§ አጋር: Pedes, peditis; *in specie* Miles; *Imò quivis militaris ætate. Jud.* 20,2. *Plur.* አጋሬን: Pedites. 2. *Sam.* 8,4.

* አግሪጲዲ: *in accus. Græco* Ἀγρίππιδα, Agrippides, *Judex ethnicus Saræ martyris. Enc.* 25 *April.* 1.3.

* አጋቢስ: *Martyr fœm. Eadem procul dubio vel saltem idem nomen ac* አጋጲስ: Agapis. *Enc.* 8. *April.* 2.1.

* አጋቡዮስ: Agapius. *Martyr. Sic legendum puto. Enc.* 19. *Mart.* 2.2.

* አጋቦስ: Agabus *martyr. Enc.* 26. *Aug.* 1.2.

—— *Theodori socius. Enc.* 7. *April.* 2.2.

—— *Unus ex discipulis Christi. Enc.* 4. *Febr.* 2.1. *Cujus mentio fit Act.*21,10.

* አጋቢጦስ: Agapetus. *Gr.* Ἀγαπητὸς, Dilectus. *Nomen pr. Viri. Enc.* 24. *Febr.* 2.

* አጋቶን: Agathon. *Acc. ab* ἀγαθὸς, Agathos, *martyr. Enc.* 7. *Sept.* 3.2. *Urbis Tinsæ civis. Enc.* 14. *Sept.* 1. *Os feræ clausit. Enc.* 16. *Sept.* 3.

—— *Eremita. Enc.* 8. *Oct.* 2.3. *Abba, obiit. Enc.* 16. *Oct.* 1.

* አግናጥዮስ: Agnatius *martyr, fortè* Ignatius, *oleo & sulphure ardenti perustus. Enc.* 24. *Dec.*3. *Episcopus successor Petri. Enc.* 7. *Jul.*3. *sed inter Episcopos Romanos tale nomen non reperitur.*

† እግዚእ: Dominus, & እግዚአብሔር: Deus, *quære in* ገዘአ:

† አግዮስ: *Græcum* ἅγιος, Sanctus. *Lit.*158.*c.*4.

* አጋይዮስ: Gajus *ni fallor, vir sanctus. Enc.* 12. *April.* 2.

† አገዳ: *Ambar.* እግር: ዘላ: *Lex. col.* 64. *Tam* Armum (den Bug) *in quadrupedibus, quam* femur *significat, ut:* አገዳ: ዘየማን: Armus dexter. *Portio Levitarum & Sacerdotum. Lev.*7, 32.33. *At Lev.* 11,21. *respondet Græco* Σκέλη, Crura, *quibus saliunt locustæ. Quæ significatio etiam quadrat Enc.*14. *Febr.*3.2. አገዳ: ዕልዋን: ዘይሰብር: Crura apostatarum qui frangit. *Sed Zach.* 11,16. *respondet Græco* ἀστράγαλος, Talus. *Conf. Lex Ambar. d. col. Igitur denotat totum pedem à talo usque ad coxam & brachium cum humero.*

† አገዮስ: *mendosum pro* አግዮስ: *quod habes paulo ante. Confer suprà* ኰስመንጦን: *col.*150.

* አጋጲስ:

* አጋጶስ፡ *Nom. Græc. in casu obliquo* Ἀγάπης. Agape *Nom. prop. Virginis. Enc. Aug.* 5. 1. *Vide* አላጶስ፡ & *paulo ante* አጋቢስ፡

* ኢጣልያ፡ Italia, *ab* ኢጣሊ፡ Capitis dicta.

* አጥሮብዮስ፡ Eutropius *ni fallor. Enc.* 25. *Jul.* 5. *Pachomii successor. Legum monasticarum autor. ibid.*

☸ አጠቀ፡ Strinxit, Constrinxit, Complexus est firmiter, *e.g. Simson columnas. Jud.* 16, 30. (2.) Compressit, Oppressit *populus egenum in porta*, 4 *Reg.* 7, 17. *Tyrannus populum. Jud.* 10, 8. Coarctavit. *c.* 1, 36.

§ አአጠቀ፡ Constringere fecit, Cinxit *vel* arcte circumdedit *aliquem custodiæ causâ manu forti.* አአጥቁኒ፡ በኃይልክሙ፡ ወአቅንቱኒ፡ ለጸብእ፡ Circumdate me viribus vestris, & accingite me ad bellum. *Enc.* 14. *Dec.* 6. 3. አአጠቀ፡ ውስተ፡ ሐቌሁ፡ Accinxit eum in femore ejus. *Lib. Myst.*

† አጥቅ፡ *Peregrinum est*, Paries ligneus. *Æ.*

* አጵሎን፡ Apollo, *deaster Gentilium. Enc.* 10. *Aug.* 2. 1.

† ኤጶምስ፡ *vel* ኤጶሚስ፡ *Corruptum, ut solent, ex Græco* ἐπωμίς. ኤጶዲን፡ Superhumerale. *Exod.* 28, 7. *quod tamen eodem capite reddunt* ተክልያ፡ *quod vide in* ተ፡ *col.* 263. *Autor Vocabularii Æthiopici* ኵውኵው፡ *ineptissimè pro marmore albo habet. Æ.*

† ኤጶምያ፡ ጶዴር፡ *Græca vocabula retento casu;* ἐπωμίδα, ποδήρη. *Exod.* 29, 4. Ἐπωμὶς *est* Humerale, ποδήρης, Tunica talaris. *At miré hallucinatus est autor Organi, qui gemmam quandam candescentem id esse putavit Lect.* 2. *scilicet ex perverso suo Vocabulario. De quo vide Hist. Æth.* I. 15. 109. & IV. 13. *& utrobique Commentarium.*

† አጵርጎን፡ Gemma *quædam est, secundum autorem Organi. L.* 6.

† ኤጲስ፡ ቆጶስ፡ *Græcum* Ἐπίσκοπος, Episcopus: *duobus punctis male interstinctum.*

§ ኤጲስ፡ ቆጶስነ፡ Episcopatus, *seu* Episcopalis dignitas.

† ኤጶጳ፡ *Græcum* ἔποπα *in quarto casu.* Ἔποψ *est* Upupa. *Lev.* 11, 19. *malè* ሂጶጳ፡ *Deut.* 14, 17. *At Æthiops meus hanc avem depictam videns* ጳ ሬ፡ ዖሬዖ፡ *vocabat.*

* ኤጲፋንዮስ፡ Epiphanius *in Cypro sepultus. Enc.* 28. *Maji.* 4. 2. *Laudatur ab eloquentia. Enc.* 17. *Maji* 1.

† ኤጲፋንያ፡ Epiphania. *Festum Epiphaniorum intelligitur, ut:* ኤጲፋንያ፡ ሣልሲት፡ ዘተጠምቁ፡ ባቲ፡ ዘኢተጠመቁ፡ ቀዳሚ፡ Epiphania tertia in quibus baptizantur, qui non baptizati sunt prius. *Enc.* 13. *Jan.* 1.

* አጽብሃ፡ Atzbeha, El-Esbaas *scriptoribus sacris. Rex Æthiopiæ clarus, collega Regis fratris* አብርሃ፡ *cum quo simul assumta religione Christiana concorditer regnavit. Enc.* 4. *Oct.* 4.

† ኢፍ፡ איפה Epha. *Lev.* 5, 11. *Mensuræ Hebraicæ nomen; continentis tria Sata. Ruth*, 2, 17. *Decem vero* Epha *conficiunt unum* כר *Corum. Ar. Montanus.*

† አፍ፡ Os, oris. *Ps.* 108, 1. *cum aff.* አፉየ፡ አፉከ፡ *Apoc.* 10, 9. አፍ፡ በአፍ፡ Oretenus. Coram. *Hebr* פה אל פה, *Græc.* στόμα πρὸς στόμα. *Num.* 12, 8. 3. *Joh.* 14. (2.) *Metaph.* Principium cujusque rei, *ut*: አፈ፡ ጽባሕ፡ Initium auroræ. *Gen.* 19, 14. አፈ፡ መጥባሕት፡ Acies, cuspis gladii. *Enc.* 11. *Sept.* 1. 5 *& alibi. Similiter* አንተ፡ አፈሁ፡ ኀጺን፡ Cujus extremitas erat ferrum, *i.e.* Plumbata. *Enc.* 27. *Jun.* 1. 2. (3.) *De loco* Ostium, Ingressus, *ut*: አፈ፡ መቃብር፡ *Marc.* 15, 46. አፈ፡ በዓት፡ Ostium speluncæ. *Vit. Dan.* አፈ፡ ጸድፍ፡ Initium præcipitii in rupe. Apertura, *ut*: አፈ፡ ሀዘቅት፡ Os putei. *Exod.* 21, 23. በአፈ፡ ሞት፡ In extremis. In agone. (4.) Rostrum *avis apud Poetam. Enc.* 23. *April.* 1. 4. *Pl.* አፈው፡ *ut*: *Gladius* ዘክልኤ፡ አፈዊሁ፡ Μάχαιρα δίστομος. Gladius anceps. *Jud.* 3, 16. *Differt ab* አፈው፡ Aroma; *quod vide infra.*

* አፈ፡ ወርቅ፡ Chrysostomus, *q. d.* Os aureum, *sic expresserunt Græcum* χρυσόστομος, *ut*: ቀኖናት፡ ዘቅዱስ፡ ዮሐንስ፡ አፈ፡ ወርቅ፡ Canones sancti Johannis Chrysostomi. *Syn. Tersit hoc nomen Patres Societatis in Æthiopia antequam cognoscerent, quid sibi vellet.*

† እፎ፡ Quomodo? *Ps.* 10, 1. በእፎ፡ Quo pacto? Qui? *Marc.* 2, 18. Wie so? *Vit. Dan.* (2.) Quantus, a, um. ጽልመትከ፡ እፎ፡ Ipsæ tenebræ tuæ quantæ? *Matt.* 6, 23. ዘከመ፡ እፎ፡ ፋቀሪ፡ Quantus sit amor ejus, 1. *Joh.* 3, 1. እፎ፡ ፈድፋደ፡ Quantò magis. *Matt.* 7, 11. ዝኑ፡ እፎ፡ Hic autem quid? *Joh.* 21. 21.

እፎኑመ፡ Quomodo verò? Quidnam autem? *Rom.* 4, 3.

እፎመ፡ Quare? Quomodo quæso? *Exod.* 2, 18. እፎ፡ ኢ፡ Quidni? *seu* Multo magis.

* አፋላሖስ፡ Adlahos, *martyr. Enc.* 12. *Sept.* 2. 2.

* ኡፊሎስ፡ Uphilas, *discipulus Palladii. Enc.* 16 *Jan.* 6. 5.

* ኤፌምያ፡ (*rectius* ኤውፌምያ፡) ብዕልት፡ Euphemia dives. *Martyr. Comparatur cum* አንገቢናይት፡ *cujus significatio incerta. Enc.* 11. *Maji.* 2. 4. & 3. 1. & 12. *Jun.* 2. 1.

* አፌር፡ *Ep. Greg.* ወርቅ፡ አፊር፡ Aurum Ophiricum. *Ps.* 44, 11, *in MSS. Pocok.*; *vel potius* አፊር፡ Ophir *Regio Indiæ opulentissima. Hinc Amhar.* አፊርቲ፡ ወርቅ፡ Aurum purissimum. *Lex. col.* 64.

* አፍሬም፡ ሶርያዊ፡ Ephrem Syrus, *vixit circa annum* CCCLXXVIII. *Natalis ejus celebratur apud Græcos d.* 28. *Januar. qui coincidit cum* 3 *Febr.*

secundum

secundum Fastos Æthiopum, qui hunc diem obitus ejus esse putant, d. d. 3. 2. Insignis doctor Ecclesiæ. Enc. 7. Jan. Coætaneus Basilii M. Enc. 15. Jul. 3. Celebratur autem tam à Græcis quàm Latinis. Vide Acta Sanctorum Bollandi & Henschenii 1. Febr. §. 2. & seqq.

* አፍሪቃያ፡ *Arab.* افريقية Africa. *Enc.* 25. *Febr.* 1. 3. *Olim erat Lybia & pars ad mare sita, nunc* Barbaria *dicta; hodie autem* Africa *est Pars orbis terrarum.*

* ኤፍራታ፡ Ephrata. *Hebr.* אפרתה *Mich.* 5, 1. *Cognomen urbis* Betlehem. *Hinc Christus* ንጉሠ፡ ኤፍራታ፡ Rex Ephratæ *appellatur. Enc.* 29. *Sept.*

* አፍርንጊ፡ Francus, *seu* Vir religionis Latinæ *seu* Romanæ; *Vulgò hoc nomine omnes* Europæi *(exceptis Græcis) Arabibus & Æthiopibus vocantur; à Francorum, Duce Bullionæo, expeditione in terram Sanctam sic dicti. Vide* ፈረንጅ፡

* ኤፍራጥስ፡ Euphrates. *Org. L.* 1. *Rectiùs quàm* አፍራጥስ፡ *Jos.* 1. 4.

* ኤፌሶን፡ Ephesus. *Nom. propr. Urbis. Apoc.* 2, 1.

—— *Malè in MSS. meo* ኤፌሶን፡ *pro* ፊሶን፡ *ut in aliis MSS.* Phison, *unum ex quatuor fluminibus Paradisi. Gen.* 2, 11.

† አፍቅደ፡ አርጋብ፡ *Græcè* τὰ ἕψμα ἐργάβ, 1. *Sam.* 6, 11. *Prior vox peregrina incertæ significationis est: posterior ex Græca mala lectione fluxit; nam Hebr.* ארגז Capsam *significat. Conf.* ተመርጉብ፡ *col.* 259.

* አፍኒን፡ *Angeli nomen excubantis ad thronum Dei. Enc.* 8. *Nov.* 4. 1.

† አፍአ፡ *Particula est, quæ modo Adverbium modo Præpositionem denotat;* Foràs, *ut:* ይወጽእ፡ አፍአ፡ Egreditur foràs. *Ps.* 40, 7. *ad locum scil. Matt.* 5, 13 በአፍአ፡ Foris. *Si nomen sequatur, per præpositionem reddendum est, ut:* በአፍአ፡ ሀገር፡ Extra urbem. *Enc.* 14. *Jan.* 4. 5. እምአፍአ፡ Externus, *q. d.* à foris, *ut:* እም ውስጡሂ፡ ወእምአፍአሁ፡ *q. d.* ab intra & ab extra. *Exod.* 25, 11. (2.) Citra, *sive* Absque, *ut:* በአፍአ፡ ሖቀልቃል፡ ወትሆውኮ፡ Citra vel extra agitationem & motum. *MSS. Colb.*

§ አፍአዊ፡ Exterior. Extimus. *MSS. Colb.*

† አፍኪያሃ፡ *pro quo in excerptis Gregorii* አፍኪሃ፡ *incertæ radicis, formæ atque significationis vox, legitur Exod.* 35, 11. *& respondet Græco* διακτύλια. Annuli. Circuli. *Num Æthiopicus interpres intellexerit, dubito.*

† አፈው፡ Aroma. *Cant.* 6, 1. *peculiariter* Flores odoratu fragrantes, *ut cum Poeta de tempore verno sic ait:* አፈው፡ ሃይማኖት፡ ንእሊዮ፡ ምስለ፡ ፍሬ፡ ምግባር፡ ጥዑም፡ Flores fragrantes fidei (fac) *ut* colligamus cum fructibus operum jucundis. *Enc.* 25. *Sept.* 1. 3. *Cave ne confundas cum plurali* አፈው፡ Ora. *à sing.* አፍ፡ *q. v. Pl.* አፈዋት፡ Aromata. *Luc.* 23, 56.

† አፍዖት፡ Viperæ. Serpentes. *Pl. contractius pro* አፍዖውት፡ *quam ob causam sub* ፈዐወ፡ *relatum, ubi quære.*

† አፍዮማኽ፡ *Græcum est* ὀφιομάχης *vel* ὀφιομάχος, Ophiomachus. Locusta quædam *sic dicta, quod necare possit serpentes. Lev.* 11, 22. *ubi inter volatilia quadrupedia munda refertur. Ne verò quis dubitet Locustas serpentes interficere posse, Bochartus id pluribus docet in Hieroz. Part. II. L.* 4. *c.* 2. *p.* 449.

† ኤፉድ፡ ἐφὼδ, *ex Hebr.* אפוד *rectiùs* ኤፎድ፡ Ephod. *Retinuerunt hoc vocabulum Lxx. Interpretes* 1. *Sam.* 14. 3. *non tamen Exod.* 28, 4. 6. *reddiderunt* ἐπωμὶς superhumerale ኤጶምስ፡ *quod vide.* (2.) *Quia fuit vestis præcipua Aaronis itaque* pro dignitate summi sacerdotis accipitur. *Comment. p.* 494. *n.* 4.

ከ፡

† ኩኤሃ፡ Salix. *Vid.* ኩኩሕ፡ *paulo infra.*

✿ ክህለ፡ *Matth.* 22, 46. Potuit. *cc. Inf. Ps.* 139, 11. *Verbum anomalon est, quod quære in Gramm. Lib. II. c.* 27. *C. c. Dat. pers. ut:* ኢይክሎ፡ Non prævalebat illi. *Gen.* 32, 25. *Abrasens dixit:* ኢይክል፡ ሢመተ፡ መንበረ፡ Non sufficio Episcopatui gemino. *Enc.* 21. *April.* 2. 4. Valuit efficere *aliquid. Inf. reg.* ክሂል፡ Posse, Potentia, *ut:* ሥልጣን፡ ወክሂል፡ Facultas & Potentia. ጸ፡ ረ፡ በክሂሉትክሙ፡ Pro posse vestro. Pro viribus vestris. *Epist. Act. Apostol.*

§ ተክህለ፡ *Ps.* 140, 8. Possibile fuit. Fieri potuit. *Matth.* 19, 26. በዘተክህለኒ፡ Quantum penes me fuit.

§ ኩሂል፡ Potens, Validus. *Luc.* 24, 19. ኩሂል፡ ኩሉ፡ Omnipotens. *Org. Lect.* 3.

✿ II. ተኃህለ፡ Convenit de mercede, *vel* pretio *cum aliquo.* በዲናር፡ ተኃህልኩከ፡ De denario conveni tecum. *Matth.* 20, 2. 13.

† III. ኲሂላ፡ (ኪ፡ *in MSS.*) Hilum, res nauci & nihili. *Ps.* 70, 8. (2.) Bulla. (3.) Sordes *sub unguibus latentes. Æ. Plur.* ኲሂላት፡ περικαθάρματα. Purgamenta. 1. *Cor.* 4, 13.

† ካህን፡ *Hebr.* כהן *Arab.* كاهن Sacerdos. *Marc* 1, 44. *Aaroni tribuit Poeta* κατ' ἐξοχὴν, Summus Sacerdos. *Enc* 21. *Oct.* 1. 4. (2.) Clericus. *Opponitur* τῷ ሕዝባዊ፡ Laico. *Syn. Pl.* ካህናት፡ Clerici. *Matth.* 16, 21. ሊቀ፡ ካህናት፡ Summus sacerdos. *Hebr.* 5, 1. እለ፡ ተረፉ፡ ካህናት፡ Reliqui clerici. *Can. Ap.* 32. *Comment. pag.* 312.

§ ተክህነ፡ Sacerdos fuit, *vel* factus est. Presbyterio, Sacerdotio functus est. Sacra peregit. *Lit.* 165. *c.* 4. *Inf. nomin.* ተክህኖ፡ *Lit.* 172. *c.* 4. *i. q. sequens.*

§ ክህነት፡ Sacerdotium. *Luc.* 1, 8. Functio presbyterialis *vel* sacerdotalis. *Org Lect.* 1. *Parum aptè pro* ἱεράτευμα *usurpatur Ebr.* 4, 9.

† ኩሉ፡

† ኮል፡ Μῆλον. Pomum. ኮል፡ ሐቅል፡ Pomum agreste; *coll. in Plurali.* Μῆλα μανδραγορῶν, Mala mandragorarum. *Gen.* 30,14. *quod interpres Æthiopicus procul dubio non intellexit. Nam pro* Mandragora *in Cant. Canticorum reperitur* ዕንቆ ጳጦ፡ *quod vide in* ዐ፡ *In textu Hebraico habetur* דוראים *de quo vide sententiam nostram in Comment. pag.* 139. *n.* 72. *Autor Organi* ዕፀ፡ ኮል፡ *arborem* ኮል፡ *ab umbra commendat, atque S. Mariam Virginem cum ea comparat. Quæ vero arbor, cujusve fructus* ኮል፡ *sit, ipsi Æthiopes ignorant. Poëta bonum odorem illi tribuit; ut:* ይትወፋ፡ በአንፍየ፡ ጼናሆሙ፡ ኮል፡ Infundatur in nares meas odor vestes fragrans, *qui est instar* ኮል፡፡ *Enc.* 25. *Sept.* 4. 5. *Æthiopis mei sententiam vide in Lex. Amh. sub* እንኮይ፡ *col.* 61.

† ኵል፡ *Hebr.* כל *Arab.* كل Omnis. *Semel sic absolutè reperi* ስርጉት፡ በኵል፡ ሥን፡ ወላሒይ፡ Ornata omni pulchritudine & venustate. *Org. Modo non sit mendosum.*

Sæpius cum Enclitica ሂ፡ *veluti* ኵሉሂ፡ Universum, *ut:* ምሉእ፡ እምኔሁ፡ ኵሉሂ፡ Plenum est de eo hoc universum. *Hom. Jac. Serug. At cum præpositionibus præfixis frequentiùs occurrit, ut:* በኵሉሂ፡ Ubique. Ubivis. በኵሉሂ፡ ኀበ፡ ገዕዙ፡ Ubicunque (*q. d.* in omni loco, ubi) proficiscerentur. *Exod.* 40,38. እምኵሉሂ፡ Undique. Ex omnibus locis, *Marc.* 1,45.

ኵሉሂ፡ *Sic passim scriptum reperitur eodem planè sensu, ac* ኵሉሂ፡ *ut: S. Thomas* አንሶሰወ፡ ውስተ፡ ኵሉሂ፡ Obambulavit quaquaversum. *Enc.* 26. *Maji.* 1. 4. በኵሉሂ፡ Ubique. *Org. Lect.* 3. ኀበ፡ ተንሶሰወ፡ ኵሉሂ፡ *q. d.* Ubi ambulavit (*Maria*) ubique. *Enc.* 26. *Jul.* 1. እንተ፡ ኵሉሂ፡ Circum circa *Org. Alioquin hoc vocabulum semper cum affixis personalibus* U, O, A, *&c. occurrit; & significat quantitatem tam continuam quàm discretam, seu corpus & numerum, utriusque gen. & num.* Universos, Omnis. *Ps.* 41. 7. *& neutral.* Omne, Universum, *vel Substantivè; ut apud Arabes:* Universitas, *ut:* እግዚእ፡ ኵሉ፡ Dominus universi. *Lit. passim.* ከመ፡ ኵሉ፡ ይምጽኡ፡ Ut omnes venirent. *V. S.* ኵሉ፡ ኵሉ፡ *Bis repetitum significat* omnes & singulos. *Enc.* 27. *Jul.* 2. 4. (2.) Unusquisque, *ut:* ኵሉ፡ በከመ፡ ቦአ፡ Unusquisque sicut intravit. 1. *Cor.* 7,20. *In accusativo habet* ኵሎ፡ *Ps.* 1,4. (3.) *Accedente particulâ negativa, exponendum est* Nullus, *ut:* ኢየዐርግ፡ ኵሎ፡ ዕለተ፡ Non ascendo omni die, *i. e.* Nullo unquam die. *Enc.* 25. *Mart.* 1. 3. (4.) *Secundum genera & personas variatur, ut:* ኵላ፡ ኢየሩሳሌም፡ ወኵላ፡ ይሁዳ፡ ወኵሉ፡ አድያሚሁ፡ ለዮርዳኖስ፡ Tota Hierosolyma, & tota Judæa, & tota confinis Jordani regio. *Matth.* 3, 5. ኵላ፡ ምድር፡ Tota terra, *Ps.* 32,8. *&* 65,1. *sic corrige Ps.* 99,1. *Tolerans* መከራተ፡ ኵላ፡ Omnis generis tentationes. *Enc.* 19. *Jun.* 3. 1. *Pluralis masculinus.* ኵሎሙ፡ እለ፡ Omnes qui. ኵልክሙ፡ እለ፡ Vos omnes qui. *Ps.* 2, 10. 13. *F. Plur.* ኵሎን፡ *Matth.* 1, 17. በኵሉ፡ *&* በኀበ፡ ኵሉ፡ Ubique. Omnitariam.

§ ኵለንታ፡ Totus, um, *sine affixis personalibus non reperitur, ut:* ኵለንታከ፡ Totum tuum, *i. e.* Totus tu. *Luc.* 11,34. ወእንተ፡ ኵለንታሆሙ፡ Et toti. *Apoc.* 4,8. ኵለንታሁ፡ ሥጋከ፡ Totum corpus tuum. *Matth.* 5, 30. *Corpus* ዘኵለንታሁ፡ ቅቡእ፡ quod totum perfusum *sanguine. Enc.* 27 *Jan.* 1. 2. ኵለንታሃ፡ Tota. *Org.*

✿ ከለለ፡ *Conj. E.* Obtexit, Operuit, Obumbravit caput. *Lit.* 166. *c.* 1. *In* ጸ፡ ረ፡ *de angelis passim, qui supra thronum Dei, vel supra S. Mariam virginem feruntur.* Die da über dem Thron schweben. *De bona & mala re, ex gr. de tenebris. Hom. Joh.* (2.) *Pec.* Coronavit. *Ps.* 5,15. Coronam victoriæ tribuit. *Org. Lect.* 2. *Chald. & Arab.* כלל.

§ ተከለለ፡ *Ebr.* 2,9. Obtectus, Obumbratus fuit, *e. gr. alis Org* (2.) *Pec.* Coronatus fuit, *propriè* Coronâ martyrii, *quod etiam in derivatis est notandum.* Ornatus fuit *in capite vel superiori parte alicujus rei.*

§ ክሉል፡ Ornatus, Obtectus *in vertice.* Obtectus *umbone, veluti coronâ quadam L. Orib.* ክሉል፡ በጌራ፡ መዊእ፡ Ornatus galeâ victoriæ. *Enc.* 23. *Jan.* 2. 2. Coronatus. *Pec.* Coronâ martyrii. *Enc.* 7. *Nov.* 5. 3.

§ ክላሌ፡ Coronatio, Ornatus *in genere. Org.*

§ አክሊል፡ *Arab.* اكليل *Chal.* כלילא Corona. *Ps.* 20,3. አክሊለ፡ መዊእ፡ ጽጉይ፡ Corona victoriæ florens. *Org. In spec.* Corona martyrium, *sive* gloria martyrii, *ut: Martyres non senserunt cruciatus martyrii* እስከ፡ አመ፡ ይነሥኡ፡ አክሊለ፡ donec acciperent coronam, *i. e.* Donec perficerent martyrium. *Org. Plur.* አክሊላት፡ *Org.*

✿ ከለሐ፡ Clamavit Vocem magnam edidit. *Apostoli* ከለሑ፡ ከመ፡ ቀርን፡ clamaverunt quasi tuba. *Lit. Joh. Inf. nom.* ከሊሕ፡ Clamor. *Ps.* 68, 4.

§ ተከልሐ፡ Clamatum, Proclamatum est. *Org. Lect.* 4.

§ ክላሕ፡ Clamor. ዐቢይ፡ ክላሕ፡ Magnus clamor. *Enc.* 4. *Mart.* 2. ክላሕ፡ ወጽራሕ፡ Clamor & vociferatio. ጸ፡ ረ፡

§ ክልሐ፡ *Idem.* ጸ፡ ረ፡

† ክለሚስ፡ *Græcum, retento casu.* Χλαμύς, Chlamys. *Matth.* 27, 28. 31.

† ከለስስት፡ Merges, Manipulus *spicarum. Gen.* 37,7. *Plur.* ከለስስታት፡ *&* ከላስስት፡ Mergites. *Ps.* 125, 8. *Matth.* 13,30. *&* ከላስስታት፡ *Jud.* 15, 5. Manipuli.

* ክሊስጢያኖስ፡ *At* ክርስቲያኖስ፡ *scribere malim.* Christianus, *exul propter fidem. Enc,* 3. *Jul.* 4. 1.

* ኬልቄዶን: *Alibi, & quidem rectius,* ከል ቄዶን: *vel* ከልቄዶንያ: *Vit. Dan.* Chalcedon *urbs, Concilio IV. Oecumenico ibi habito, sed Æthiopibus exoso plane & inviso, κλασαι, id enim contumeliosis verbis traducunt, ut:* ማኅበረ: ኬል ቄዶን: እቡያን: Conciliabulum Chalcedonense stultorum. *Enc. 30. Nov. 1. 4.* ሃይማ ኖት: ሀይማኖት: ዘማኅበረ: ኬልቄዶን: Prava fides conventiculi Chalcedonensis. *Vit. Dan.* (2.) Χαλκηδών. Chalcedonius *gemma. Apoc. 21,19. pro quo Exod. 39, 13. legitur* ከርከዴን: *quod vide.*

§ ከልቄዶናዊ: Chalcedonensis, *in* ጸ:ር: *ubi in pessimam partem accipitur; conjungitur enim cum* ከለዳውያን: Chaldæis atque hæreticis. *Causam vide in Hist. Æth. Lib. III. c. 5. & 8.*

† ከልብ: *Hebr,* כלב *Epicœn.* Canis. *Plur.* ከለባት: *Ps. 21,17. 21. &* አክልብት: *Enc.*

§ ተከለበ: Canis naturam induit. Cani similis factus est. *Inf* ተከልቦት: *Hinc mirabile abstractum* ተከለቦትና: *fecit autor Epistola ad Susn. ut:* ተከለቦትናክሙ: Indoles canina vestra. Natura canina. *Comment. pag. 506. num. 54.*

* ካሌብ: Caleb, *Rex Æth. sanctus. Eundem esse, qui in martyrologio Romano* Elesbaan *vocatur, ait Tellez, allegatque in hunc finem autores aliquot, quos vide L. 10. 32. Enc. 20. Maji. 1. 1. Regnavit circa ann. Christi 5 2. Celebrem expeditionem in Arabiam suscepit, ibique vindictam sumsit de* Dunawaso *Tyranno Nagranensi, ob crudelitatem in Christianos exercitam. De qua vide Histor. nostr. Æthiop. L. II. c. 4. n. 22. & ibi Comment. p. 233. item Pocok in Not. ad Specim. Hist. Arab. p. 63. & supra col. 317. in* ናግራን:

† ከልባኔ: *Aromatis genus;* Galbanum, *ut videtur. Org. Lect. 6.*

۞ ከልአ: *Hebr.* כלא *Græc.* κωλύω. Cohibuit, Prohibuit. *Ps. 33, 14.* Arcuit. *Matth. 19, 13.* Avertit, *ut: Clementiam meam* ኢይከልእ: እ ምኔሆሙ: Non avertam ab illis. *Psal. 88, 33.* ኢይክልአኒ: እግዚአብሔር: ኪያከ: Ne avertat à nobis Dominus te, *seu* Ne te nobis auferat. *Hom. Joh.* Non sivit. Non permisit *facere, i. e.* Impedivit, Abnuit, Negavit, *ut:* ኢትክ ልአኒ: ጸጋ: N. li mihi negare gratiam. *Prov. 30, 7. Aliam significationem vide mox.*

§ ተከልአ: Impeditus, Prohibitus, Remotus fuit. *Lit. 173. c. 2.*

§ ክሉእ: Impeditus. Præpeditus. Prohibitus.

§ ከላኢ: Impediens. Prohibens. Arcens.

§ ክልአት: Prohibitio. Impeditio. *Lit. 163. 4.*

§ መከልእ: *i. q.* ከላኢ: *Plur.* መከልአ ን: Impedientes. *1. Cor 16, 9.*

§ መክላእ: Impedimentum. *Æ.*

۞ II. Mutavit, Alteravit, Aliud ex alio, *seu* pro alio fecit; *ut:* ከልአ: አልባሲሁ: ወለብ ሰ: ሠቀ: Mutavit vestes suas, (*Gall.* Il se travestit) & induit cilicium. *Vit. Dan.* ኢትክል እኒ: አልባሲየ: Nolite exuere me, *ait moribundus ibid. Planè ut German.* Verändern, *id est,* anders machen. *Imò simpliciter pro* Exuere *posuit autor Vit. Dan.* ከላእኩ: ክዳንየ: ዘአል በስኩ: ወወገርክዎ: Exui tunicam meam, quà indutus eram, & projeci eam. *Et sic etiam de vinculis:* Ademit. Sustulit. *Vit. Sam.*

§ ካልእ: Alius *Matth. 2, 12.* ኀበ: ካልእ: Ad alium, *scil.* locum; Alio versus. (2.) *Hæc vox ita se habet ac Latinum* Alter *Matth. 10, 3. Si de pluribus dicatur, affixum pleonasticè possidet; ut:* ተሰነዉ: አሐዱ: ምስለ: ካልኡ: Miscuit unum cum altero. (ejus.) *Nos.* alterum *simpliciter dicimus.* (3.) Secundus *diei. Gen. 2, 14.* (4.) Amicus, Socius, Collega, *q. d.* Alter ego. *Matth. 26, 50. Et hoc sensu idem est ac* ቢጽ: Proximus, *sensu theologico, q. d.* Socius *vel* Alter. Alius *homo; ut:* ኢትፍቱ: ብእሲተ: ካልእከ: Ne concupiscas uxorem proximi tui. *Exod. 20, 17.* (5. Successor, *ut: Paulus III. Pontifex Romanus vocatur* ካል እ: ለጴጥሮስ: Successor Petri. *Epil. N. T. Plur.* ካልኣን: Alii. *F.* ካልእት: Alia, Altera *manus. Luc. 6, 10.* (2.) Secunda, *ut:* ኮነ: ካልእት: ዕለት: Facta est secunda dies. *Gen. 1, 8.* (3.) Amica, Socia *Cant. 5, 2. Græcum ἡ συννυμφός σου. Interpres commodius reddere non potuit, quam* ካልእትከ: Socia *vel* Amica tua. *Ruth 1, 15.*

§ ክልኤ: *Com. gen.* Duo, Duæ. *Ejusdem radicis cum præcedente esse videtur, sicut Germ.* der Andere / *vulgò* der Zweyte / *quod &* Alium & Secundum *significat.* ክልኤ: ጊዜ: Bis. *Enc, 20. Jun. Infantes* ዘእምክልኤ: ዓመት: duorum annorum, *i. e.* bimuli. *Matth 2, 16.* ሰይፍ: ዘክልኤ: አፉሁ: Gladius cui duo ora; *i. e.* Duplex acies, *sic exprimere voluit interpres Græcum* δίστομος. *Ps. 149, 6.* (2.) Uterque, Utraque. ክልኤሆሙ: Utrique, *q. d.* Uterque eorum. *Matth. 9, 17. De S. Maria:* ድንግልናኪ: ክ ልኤ: ዘውሳጤ: ወአፍአ: *fortè melius* ዘአፍአ: Utraque virginitas tua, & interna & externa, *id est,* & animi & corporis. *Enc. 21. April. 1. 2.* (3.) Ambo, Ambæ, *cùm v. g. de pedibus vel manibus sermo est. Enc. 24. Aug. 3. 4.*

§ ክልኤቱ: Duo. *Matth. 4, 8. 21. fœm.* ክል ኤቲ: Duæ. *Matth. 24, 41. Exod. 29, 1.*

۞ ከለከለ: *in* ጸ:ር: *alibi* ከልከ: Detinuit. Retinuit. Remoratus est. *Amharica forma est* ከለከለ: *Lex. col. 65. Æ.* ከልአ:

۞ ከሊይ:—ኵሊት: Ren. *Exod. 29, 22. Plur.* ኵልያት: *F. Hebr.* כליות *Ps. 15, 7.* Renes *Ps. 25, 2. &* ኵሊያት: *Exod 29, 13.*

† መክሊት: Talentum, *vide sub* መክሊይ: *col. 86.*

* ከለዴ: Chaldæa. *Act. 7, 4.*

§ ከለዳዊ:

¶ ከለዳዊ : & ከለዳዊ : *V. S. à quibusdam* ከሊዳዊ : Chaldæus. *Pl.* ከለዳውያ ን : Chaldæi, *pro* Magis & inc[illegible]atoribus. *Prout temporibus primorum Imperatorum, Chaldes & Mathematici ob abusum artis, in malam partem accipiebantur.* ጸ : ር : *Malè hæc nostra Æthiopica lingua* ከሊዳዊ : Chaldaica *a quibusdam appellata fuit ; de qua re vide Hist. Æth. Lib.* 1. *c.* 15. *n.* 10. *& Comment. p.* 201.

* ከላድዮስ : *Arab.* كلاديانوس Keladianos. *Cophtitis* Claudianus. *Nonus Alexandriæ Patriarcha Enc.* 5. *Febr.* 1. *&* 9. *Jul.* 1.

† ከሐ : Illuc, *ad locum ; ut : Dum eo* ከሐ : illac. *Matth.* 26, 36. (2.) *In loco* Illic. *Num.* 16, 37. በከሐ : Ideo. *Enc.* 20. *Jul.* 1. 5.

§ ከሐኒ Ibi. Illic. *oppos.* ዝየ : Hic, *ut :* ነየ : ዝየ : ነየ : ከሐኒ : Ecce hic, ecce ibi! *Luc.* 17, 21. 23. *sic corrige Matth.* 24, 23. *Nec respiciamus* ለፌ : ወከሐኒ ; Huc & illuc. *Vit. S*

§ ከሐከ : *Idem.* በዝየ : ወበከሐከ : Et huc & illuc. ጸ : ር :

† ኰኲሐ : Salix. *Lev.* 23, 40. *Plur.* ኰኲሐት : *Ps.* 136, 2.

† ኰሕል : Cohol. *Vocabulum cum re omnibus Orientalibus linguis commune est. Chald.* כחל *Hebr.* פוך Fucus *Radix* כחל, ἐστιμμίσατο, Stibio illevit oculos, *Ezech.* 23, 40. *occurrit. Minerale penes Orientales benè & diu notum, tingendis oculis collyrii loco usitatissimum. Fuligine enim miscere & palpebris illinere solent, ad sanitatem & ornatum, ut putant, oculorum. Quin & hospitibus honoris causa offertur, ut apud nos scyphus vini. Lexicographi LXX. Interpretes secuti, communiter exponunt* Stimmi, Stibium *sive* Antimonium. *Græc.* πλατυόφθαλμον, *a similitudine & pondere. Alii aliter ab usu* Fucum, *vel ab effectu* Collyrium *vocant, speciem hujus mineralis propriè nescientes. Descriptio Gregorii mei, quam in priore Lexici hujus editione dedit, minus apposita est, nam* Antimonium *propriè cæruleum non est; punctulis quidem nitet, sed non aureis. Fusè de eo egimus in Comment. Hist. Æth. Lib.* 1. *c.* 7. *n.* 51. *Th. P. Adag.* XIX. *de hoc minerali habet : Ut* ኢይትገፈት : ኰሕል : የኅልቅ : በበሊን : ወከማሁ : ዕድሜሁ : ለሰብእ : በዕለታት :: Montes Coholis consumuntur speculo oculari : & ita ætas hominis (*versis*) diebus. *i. e.* Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis. *Idem facit pluralem* ኰሐላት : *sine autoritate. Quæ autem quantitatis continuæ sunt, nisi diversa unius materiæ species dentur, plurali carent. Hispani vocabulum hoc ex Arabico retinent* Al-cohol *dicentes, quod cum Antonius Oudin de Antimonio exposuisset, addit :* C'est aussi une poudre fort deliée bonne pour la veüe & pour farder, *tanquam pulvis iste non esset ipsum* Antimonium *minutissime contusum.*

§ ኰሐለ : *Hebr.* כחל *ut supra dictum. Verbum nominale ;* Cohole oculos unxit *vel* fanatis *vel* fuci causâ, *ut* በእብን : ፈውስ : ኰሕሊ : ዐይንየ : Lapide salutis (*scil.* Cohol) ungito mihi oculos. *Enc.* 24. *Dec.* 5. 5. *Id vero fieri solet penicillo vel stylo, dum oculis clausis palpebra vel cilia Cohole tinguntur. Inf.* ኰሕሎ : አዕይንት : Oculos Cohole tingere. *Hisp. Alcoholar Syn.*

§ ተኰሕለ : *Vel propter diphthongum primæ radicalis :*

§ ተኲሕለ : Illitus fuit (Cohole) Stibio oculus medelæ causâ. *Apoc.* 3, 18. (2.) *Intransitivè :* Sibimet *hoc minerali* oculos tinxit. *Pec. in malam partem* Fucavit se *Jezabel.* ተኲሕለት : 4. *Reg.* 9, 30. ותשם בפוך *Significanter versum est in Bibliis Hispanicis :* Alcoholaste tus ojos. Oculos tuos cohole infecisti. *Ezech* 23, 40. *In luxu enim ponitur, ut alia superflua, si fœmina hoc faciat ; quam ob rem de Sancta Maria dicitur :* አዕይንቲኪ : ሥን : ዘኢተኰሕለ : Oculi tui pulchritudo non fucata. *i. e.* pulchri sine fuco. *Vid. Th. P. Prov.* 19. *p.* 24.

✿ ኰሐከ : Vulnus exulceratum fuit, *ut :* ኰሐከ : ጸልዕከ : Saniosum fuit vulnus tuum. *f.* Saniem contraxit. *Nah* 3, 19.

✿ ክሕደ : *Hebr.* כחד *Matth.* 10, 33. *In gen.* Negavit veritatem. *In spec.* Abnegavit *religionem, sive* deseruit cultum divinum. Apostata factus est. Abjuravit fidem Christianam, *vulgò* Renegavit *Christum. Marc.* 14, 27. *c. abs. & tribuitur Petro Christum abneganti : ut :* ዘበመ : ክሕደ : ኢያእመረ : *Matth.* 26, *tit.*

§ አክሐደ : Negavit *quod alius asseruit, Gall.* dementir. Falsi *vel* mendacii arguere. *cc. acc.* አክሐድዎን : Negabant illis. Mendacii arguebant eas *Luc.* 24, 11. *Et quicunque voluerit* ለያክሕድ : ut contradicat, *vel* rixetur. 1. *Cor.* 11, 16. ለእመ : ኢታክሕደነ : ሕፃን : Noli nos falsi arguere de infante, *sc. quod is non sit quem nos quærimus. V. S.*

§ ተክሕደ : Negatum fuit. Abnegata fuit *veritas.*

§ ተካሐደ : Alter alterius dicta negavit, *Gall.* dementir l'un l'autre. Disceptavit. Altercatus est *in rebus ad fidem & religionem pertinentibus. Act.* 18, 15. 1. *Cor.* 1, 11. In dubium revocavit *rem certam. Gal.* 3, 15. *Inf. nom.* ተካሕዶ : Altercatio. *pecul. de religione.* ጸ : ር :

§ አስተክሐደ : Ad fidem abnegandam permovit.

§ ክሑድ : *Tam negativè quàm privativè accipitur :* (1.) Ethnicum *sive* Paganum, Persecutorem religionis Christianæ *denotat. Enc.* 18. *Sept.* 1. 3. (2.) Apostatam. *Qui* abnegavit *vel* abjuravit religionem veram. *Jac.* 2. 9. *Ital.* Renegato.

§ ክሕደት : Ethnicismus. Gentilismus. *Opponitur* መስቀል : Cruci, *i. e.* Christianismo. *Enc.* 17. *Sept.* 4. 3. *Ut ethnicos converteret* እምፈላ ጊ : ክሕደት : ab impietate, *sive* superstitione gentili. *Enc.* 6. *Jan.* 4. 3. ትምህርተ : ክሕ

ደት :

ዶ ; Doctrina impia & ab Orthodoxia aliena. (2.) Abnegatio fidei *vel* agnitæ veritatis. Apostasia. 1. *Pet.* 2, 8.

§ ክሒድ : *Idem, ut* : እለ : ይገብሩ : ክሒድ ; qui faciunt abnegationem, *i. e.* Infideles. Ethnici. *Enc.* 8. *Febr.* 5. 3.

§ ክሒዶት ; *Enc.* 13. *Sept.* Negatio. Abnegatio veræ religionis; *propriè est* Abnegandi actus. *Lit.* 166. *c.* 3. (2.) *pec.* Magia. *ut* : መጽሐፈ : ክሒዶት : ሥውር : Liber Ethnicismi *vel potius* Magiæ occultus, *i. e.* Magicus. *Enc.* 13. *Sept.* 1. 4.

§ መስተክሒድ ; Qui autor est aliis abnegandæ veritatis agnitæ. Qui alios ad abjurandum permovet, *vel* ad abnegandum seducit; *Tit.* 3, 10. *at in textu simpliciter* αἱρετικὸς ἄνθρωπος, Hæreticus homo *reperitur.*

† ከመ : *Hebr.* כמו *Ar.* كما *Particula ista per tres Orationis partes sese extendit. Nam & Adverbium & Præpositionem & Conjunctionem repræsentat, ut sequentia exempla docebunt.* I. *Adv. Similitudinis.* Ut. Sicut. Quemadmodum. Tanquam. *Ps.* 1, 5. Instar. *Apoc.* 16, 14. (2.) Quasi. Ceu. *ut causa ficta; ut* : *Mentiti sunt de Palladio* ከመ ; quasi *esset latro. Enc.* 16. *Jan.* 6. 2. (3.) *Æquipollet etiam Latino* Quasi *in numeralibus, dum numerus certus pro incerto ponitur. ut* : *Qui comederant erant* ከመ ; ὡσεὶ quasi *quinquies mille. Matth.* 14, 21. *Alias significationes reperies post composita.*

ከመዝ : Ita. Sic. *Gall.* Comme cela. Hoc modo. *Ps.* 1, 5. ከመዝኑ : Itane? *Gal.* 3, 3. ከመዝ : ፍጡነ : Tam cito. *Gal.* 1, 6.

ከመዝ : Tanquam qui *per jocum loqueretur. Gen.* 19, 14.

Affixa personalia poscunt hic ante se vocalem ordinis quarti, ex. gr.

ከማየ : *ut* : እለ : ከማየ : Qui sicut ego, *i. e.* Mei similes. አልቦ : ዘከማየ : Nemo sicut ego, *Org.* አልቦ : ዘከማሁ : Nemo sicut ille. *Ibidem.* ከማከ : Sicut tu. *Ps.* 88, 9. እለ : ከማከ Socii, consortes tui. *Psal.* 44, 9.

ከማሁ : Sic quoque. Ita etiam, *respondet τῷ* በከመ : *si præcedat. Gen.* 6, 21. *ut* : በከመ : በሰማይ : ከማሁ : በምድርኒ : Sicut in cœlo, ita in terra quoque. *Luc.* 11. 2. *Hebraice dicitur* כמוהו Sicut ille, *i. e.* Talis. *Vel simpliciter significat* Ita, *ut* : እስመ : ከማሁ : ጽሑፉ : Quoniam ita scriptum est *in Propheta. Matth.* 2, 5. ከማሁ : ከመ : Eodem modo, similiter, *vide mox* ከመ :

II. *Est Præpositio cum præfixo* በ : *ut* : በከመ : Secundum. Juxta *justitiam tuam. Ps.* 7, 9. (2.) Sicuti. Quemadmodum. *ut modo dictum, & alibi passim.*

ዘከመ : Idem. *ut* : ዘከመ : ልብከ : Secundum cor tuum. *Ps.* 19, 4. ዘከመ : ራእዩ : Secundum imaginem suam. *Gen.* 5, 3. (2.) Quomodo. Quemadmodum. *Ps.* ,1 *Usus hujus particulæ in summariis seu inscriptionibus capitum frequens est. Vide rubricas Nov. Test. e. g. Matth.* 26. *tit.* 17. 69. ዘከመ : እፎ : ውእቱ : Quo pacto obsecro est? Qua ratione fit? *Admirandi partic. Matth.* 8, 27.

ዘከመዝ ; Talis. 2. *Cor.* 12, 5.

III. *Conjunctio est, tam finalis quam causalis. Germ.* daß. Ut, ἵνα, *poscens Subjunctivum.* ከመ : እንግር : Ut annunciem. *Ps.* 2, 6. *Nec non* (2.) ὅτι, Quod. *Ps.* 4, 4. (3.) *Particula hæc repetita certitudinem aliquam significare videtur,* ከመ : ከመ : ቀርበ : *& mox* ከመ : ከመ : በጽሐ : Quod quod venisset, *i. e.* quod certo venisset. *Org. Lect.* 4. እምከመሰ : Cum. Postquam. Igitur. *Matth.* 5, 23.

† ከመ : *Particula ista cum aliis conjuncta varie significat.* (1.) *Vim habet verbi substantivi* Sum. Fui. *& quidem cum emphasi quadam* Ille ipse, idem fuit; *ut de Deo dicitur* : *A seculo, & usque in seculum* አንተ : ከመ : Tu idem ipse fuisti, seu es. *Ps.* 89, 2. *Sic & Ps.* 92, 1. *Ps.* 101, 28. እሙንቱ : እምከንቱ : ውስተ : ከንቱ : ከመ : Iidem illi, *vel* illi ipsi autem è vanitate in vanitatem *prolabuntur vel proni sunt. Elliptica locutio. Ps.* 61, 9. ሕቀ : ከመ : ዘእም : Parum abfuit, quin &c. *Ps.* 72, 2. *&* 118, 87. (2.) *Pronominibus aut particulis appositum, denotat actionem repetitam, vel eandem; nam vim identitatis habet, commodissimeque exponitur Latine per* Idem, *ut* : *Dicens* ከዊሆ : ከመ : ቃለ : eundem sermonem. *Matth.* 26, 44. ዘንተ : ከመ : ሰማዕኩ : Istud idem audivi. *Ps.* 61, 11. ለጊዜሃ : ከመ : Eo ipso tempore. Eodem momento. *Matth.* 13, 21. (3.) Itidem. Similiter. *Org. Lect.* 1. ከማሁ : ከመ : Eodem modo. Similiter, *quæ voces respondent ferè Græco* ὡσαύτως. *Matth.* 20, 5. *&* 21, 36. *Quemadmodum tu lætatus es in vita tua,* ወአልዓዛርኒ : ከማሁ : ከመ : ውእቱ : ይትፌሣሕ : Ita Lazarus similiter ille *nunc vel vicissim* lætatur. (4.) Ferè, ferme, *ut* : ይስሕዝዝ ; ከመ : እግሮ : Torpore affecit ferè pedem ejus. *Gen.* 32, 31. (5.) Tantum. Solùm. *Non* በኅብስት : ከመ : per panem tantùm *quod vivit homo. Matth.* 4, 4. *Sic* በከርሥ : ከመ : In ventrem tantùm *ingreditur. Marc.* 7, 19.

† ከማልዎን : Χαμαιλέων, Chamæleon. *Lev.* 11, 30. *alias* ቆጽጽ : *q. v. col.* 222.

❁ ከመረ : Cumulavit, Coacervavit. *Exod.* 8, 14.

§ ክምር : *Hebr.* חמר Cumulus, Acervus, Manipulus. *Exod.* 22, 6. *Ruth.* 3. 7.

❁ ከመሰ : — አክመሰሰ : Increpuit. Objurgavit, *vel* Indignatus est, *ut videtur*; *ut* : አክመሰሰ : በአንተ : ይኅምሞሙ : ወይቤሎሙ : Indignatus *Abba Pachomius* increpuit *diabolos* ob defatigationem eorum, & dixit iis.

Vit.

Vit. Pach. ወአዝለፎ፡ ፍቁር፡ ወልድየ፡ ወልደ፡ ገጾ፡ ዮሴፍ፡ Et objurgavit dilectus Filius meus Josephum in faciem. *Vit. Theoph.*

* ምክዳስ፡ *Nomen oppidi. Vide in* ም፡ *col.* 86.

* ኀሞስ፡ Χαμώς, Chamos. *Deus Moabitarum.* 3. *Reg.* 11, 7.

† ክሚን፡ *Græcum* κύμινον, Cuminum. *Matth.* 23, 23. *Amhar.* አቢሱዶ፡ *Lex. Amh. c.* 58.

❁ ከሠተ፡ *Ps.* 97, 5. Manifestavit. Revelavit. Detexit *rem.* Iudicium detulit. *Matth.* 1, 19. (1.) Aperuit *os Ps.* 38, 14. *librum. Org.* ከሠተ፡ ልቦ፡ Aperuit ei cor *ejus*, *seu intellectum tribuit, ut vaticinia scripturæ intelligeret. V. S.*

§ ተከሥተ፡ *Marc.* 4, 22. Manifestatus, Revelatus, Detectus fuit. ተከሥተ፡ ልቦሙ፡ Patuit animus eorum. *Act.* 2, 37.

§ ክሡት፡ Manifestus, Apertus, Patens. *Ps.* 9, 11. φανερὸς *habet textus. Marc.* 6, 14.

§ ክሡተ፡ *Adv.* Manifestò, Apertè. Palàm. *Matth.* 6, 4.

§ ከሣቲ፡ Revelator. *Syn.*

§ ክሥተት፡ Revelatio, Manifestatio. *Plur.* ክሥታታት፡ ቀኖናት፡ Aperturæ canonum, *i. e.* Prolegomena. *Exord. Can. Apost. Comment. p.* 305. *n.* 17.

§ መክሥት፡ Apertura, Rictus. መክሥተ፡ አፍ፡ Rictus oris. *Org. Lect.* 2.

* ኪራ፡ Keri, *Patriarcha; cognomine* ዮሐንስ፡ መሐሪ፡ Johannes miserator. *Enc.* 16. *Nov.* 4. 1. 5.

† ኪሬ፡ *Græcum* χῶραι, ἔργον καταβάσεως, Regiones, opus descensionis; *quod sicut nullum sensum habet, ita quoque Æthiops sine sensu reddidit* ግብረ፡ ኪሬ፡ ሙራዱ፡ Opus Kere descensius ejus. 3. *Reg.* 7, 29.

† ኮሬ፡ *Græce* κόνδυ, Poculi, *seu* Scyphi *genus.* Poculum meum argenteum, *reddit* ኮሬየ፡ ዘብሩር፡ *Gen* 44, 2. 17. *Gregorius aiebat esse cantharum, ex quo in* ገበታ፡ Scyphos *infunditur; & quidem minorem quam* ጽዋዕ፡ *Lex. Amb. col.* 89. *Sed d. l.* ገበታ፡ *&* ኮሬ፡ *sunt synonyma. Pl.* ኮሬያት፡ Phialæ. *Zach.* 14, 2.

† ኰርህ፡ Violentia. Coactio. በኰርህ፡ Violenter. Per vim. Coactè. 1. *Pet.* 5, 2.

† ኪርኤሌይሶን፡ *Græcum* Κύριε ἐλέησον, *cujus in Liturgia usus. Lit.* 159. *c.* 4.

✿ ከረመ፡ Hyemis fuit.

§ አክረመ፡ Hibernavit, Hyemavit, Hyemem transegit. 1. *Cor.* 16, (2.) Hyemem effecit. Hybernum tempus dedit *Deus. Act.* 14, 16. *al* 17.

§ ከራሚ፡ Annotinus, fructus anni præterui. *Luc.* 5, 39. παλαιά. *Lev.* 26, 10. *opponitur* recenti. *Org. Lect.* 2. ወይን፡ ዘከራሚ፡ ውእቱ፡ ዘ ቀዳሚ፡ Vinum vetus *est* amicus primus. *Prov.* 9. *Th. P. Contrà Sirac.* 9, 15. Οἶνος νέος, φίλος νέος. Vinum novum, amicus novus.

§ ክረምት፡ Hyems. *Matth.* 24, 20. (2.) *Accipitur sicut Latinum* hyems, *& Græcum* χειμών, pro impetuosa & pluviosa tempestate. *Luc.* 21, 11. *Ps.* 146, 8. *Scil.* Hyems *Æthiopiæ merâ constat* pluvia; *incipit autem* 25. *Junii secundum Comput. Æthiop. de quo vide Hist. Æth. Lib.* I. *c.* 5. *n.* 11. (3.) *Synecd.* Annus. *Luc.* 2, 42. Ætas hominis, *ut: Abraham* ፸፡ ወ ፭፡ ክረምቱ፡ *LXXV. anni* ætas ejus. *Gen.* 12, 4. *Plur.* ክራማት፡ Anni. *Ps.* 89, 10. በጽሑኒ፡ ክራማት፡ Venerunt mihi anni, *i. e.* Ætate provectus sum. ጾ፡ ረ፡ *&* አ ክራም፡ *Org. Lect.* 5.

§ ክረምታዊ፡ Hyemalis, Hybernus. *MSS. Colb.*

* ከርም፡ *Conjunctum reperitur* ሀይ፡ ከርም፡ *quod vide in* ሀ፡ *post* ሀይን፡ Oculus.

* ኪርም፡ Χιράμ, Hiram. *Nom. propr. Regis Tyri.* 3. *Reg.* 5, 1.

† ከርሥ፡ Venter. *Ps.* 16, 14. *respondet Græco* γαστρί. *Ps.* 21, 9. (2.) Medium cujusvis rei, *ut:* ከርሠ፡ ሐመር፡ *Jon.* 1, 5. *Græcus habet* τὴν κοίλην τοῦ πλοίου, Concavum navis; *Æthiops legit vel intellexit* κοιλίαν, Ventrem. በውስጠ፡ ከርሠ፡ ለማየ፡ ዮርዳኖስ፡ In interiore ventris aquæ Jordanis, *i. e.* in medio Jordanis. *Pleonasticè loquitur Poeta rhythmi causa. Enc.* 11. *Jan. Sic* ከርሠ፡ ባሕር፡ Venter maris, *i. e.* Abyssus. *Enc.* 30. *Mart.* 3. 4. *De Gallinarum genere:* ዶርሆ፡ እንዘ፡ ይበልዕ፡ በበ፡ አሐዱ፡ ይመልእ፡ ከርሦ፡ Gallus edens *grana* sigillatim, *etiam* implet ventrem suum. (*non* ingluvies, *quæ est* ሕልቅ፡ *col.* 8.) *Prov.*

✿ ኮረረ፡ — አንኮርኮረ፡ Volvit. Devolvit. Provolvit *Matth* 27, 60. እብነ፡ አንኮርኮራ፡ Quo devolutus fuit lapis, *quasi intransitivè tanquam verbum reciprocum accipiendum est*, da sich der Stein hin gewälzet hatte. *Marc.* 16, 4.

§ ተንኮርኮረ፡ Volutus, Devolutus, Provolutus fuit. *Æ.*

§ ንኩርኩር፡ Circumvolutio, Circumrotatio. *Æ.*

§ መንኮራኩር፡ Rota. *Ps.* 82, 12. አስይፍት፡ መንገን፡ በሊሓት፡ ዘመንኮራኩር፡ Gladii inventionis acuti rotarum, *i. e.* Currus falcati *apud Orientales olim usitati. Enc.* 5. *Sept.* 2. 2. *Pl.* መንኮራኩራት፡ *Enc.* 2. *Mart.* 2.

* ኪራስ፡ *Enc.* 9. *Febr.* 15. *fortassis idem quod*

* ኪሮስ፡ Cyrus, *qui Jesulum bajulasse dicitur. Enc.* 8. *Jul.* 2.

† ክረሶሊቶስ፡ Χρυσόλιθος, Chrysolithus. *Apoc.* 21, 20. *alibi* ክረሶሊቶስ፡ *Org. Lect.* 1. *vel* ክርስጢሎስ፡ *Enc.* 8. *Maji.* 3. 2. *pro* ክረሶሊቶስ፡ *ob affinitatem* ሶ፡ *&* በ፡ : *Ita corrumpere solent peregrina.*

* ክርስቶስ፡ CHRISTUS. Nomen Salvatoris; *absolutè vocatur* ወልድ፡ *item* ፋቁር፡ *nec*

non ቃል፡ *vel* ዋሕድ፡ Filius, Dilectus, Verbum, Unicus. *Lib. Myst.*

§ ክርስቶሳዊ፡ Christianus. *Pl.* ክርስቶሳውያን፡ *Lit.* 164 *c.* 3.

§ ክርስቲያን፡ *Idem, scil.* populus. *Collective de pluribus dicitur.* ቤተ፡ ክርስቲያን፡ Ecclesia, *q. d.* Domus Christianorum. ኵሎሙ፡ ክርስቲያን፡ Omnes Christiani *sic computant tempora. Epil. N. T. p.* 176. *b.*

§ ክርስቲያናዊ፡ *Idem. Adjective. Org. Lect.* 2. *sed & substantive sumitur pro* homine Christiano, *ut* ክርስቶሳዊ፡፡

§ ክርስትና፡ Christianismus, *i. e.* Christiana religio. *Enc.* 26. *Dec.* 2. (2.) *Meton.* Christiana gens, *vulgo* Christianitas, die Christenheit/ *i. e.* populus Christianus. *Enc.* 6. *Jan.* 4. 4.

* ክርስቲና፡ Christina, *quam Deus baptizavit, & Michaele sacro fonte suscepit. Enc.* 15. *Aug.*

* ክርስቶፎሮስ፡ Christophorus. ዘተቀትለ፡ በእንተ፡ ክርስቶስ፡ እግዚእ፡ Qui occisus propter Christum Dominum. *Enc.* 2. *April.* 2. 3. *Non metuit ensem. Enc.* 10. *Aug.* 4. 3. *Ter mille CC. & XLV. viros doctrina sua cepit. Enc.* 10. *Aug.* 5.

† ክርሶጵራስስ፡ Χρυσόπρασος, Chrysoprasus *gemma. Apoc.* 21, 20.

✿ ኮረበ፡ — ምኵራብ፡ Fanum, Delubrum, *ut*: ምኵራብ፡ አማልክት፡ Templum idolorum. *Enc.* 28. *Mart.* 3. 2. (2.) *Per contemtum dicitur de* templo Judæorum Hierosolymitano, *quod alias est* ቤተ፡ መቅደስ፡ *Matth.* 24, 1. *Pec. de* Synagogis Judæorum. (3.) *Meton.* Religio Judaica, *prout & Synagoga vulgo accipitur, ut*: ኅደገ፡ ለመርዓትከ፡ ወኅደገቶ፡ ለእንተ፡ ኀደገት፡ ምኵራብ፡ Archam nuptialem (*scil. panem Eucharisticum*) Sponsæ tuæ (*scil. Ecclesiæ Christianæ,*) Repudium autem illi, quam repudiasti, Synogogæ. *Lit. Joh. Hinc pro Judæis Poetice, ut*: ዘአቀተለቶ፡ ምኵራብ፡ Quem occidere fecit Synagoga, *i. e.* Judæi. *Enc.* 8. *Sept.* 3. 2. *Pl.* ምኵራባት፡ *Luc.* 4, 15. 44. *&* መኳርብት፡ *Matth.* 4, 23. *&* 6, 2. *ab alia forma singularis* ምኵርብ፡፡

† ክረብ፡ Sporta viminea. Fiscella. Ein Korb.

† ከርቤ፡ Myrrha. *Ps.* 44, 10. *Matth.* 2, 11. *At* كهربا Cahrabe *Arabice*, Succinum. *Græce* Ἤλεκτρον. *Gol.* 2075.

† ኪሩብ፡ *Hebr.* כרוב Cherub *apud Poetam propter rhythmum Enc.* 9. *Jan.* 1. 2. ይኩኑ፡ ኪሩብ፡ *ut fœm.* Sint Cherubini. *Exod.* 25, 18. 19. *Et* ኪሩቤ፡ ✝. 20. *Vide* ተናጸረ፡ *col.* 321. *Alias communiter legitur*:

§ ኪሩቤል፡ *Psal.* 17, 12. *rectius* ኪሩቤን፡ *Exod.* 25, 21. *&* 38, 7. 8. *Nam* ኪሩቤል፡ *&* ሱራፌል፡ *vulgo scribunt, quia scil.* Raphael, *Uriel & alia Angelorum nomina sic terminantur.*

§ ኪሩባዊ፡ Cherubinus, *quicquid ad Cherubim pertinet, ut*: መንበር፡ ኪሩባዊ፡ Thronus Cherubicus. *Lit.* 172. *c.* 1. *At pl.* ኪሩባውያን፡ *Substantive accipitur pro ipsis* Cherubinis. *Enc.* 8. *Nov.* 2. 1.

† ኩርቦት፡ *Est* species artis magicæ. *Org. Lect.* 2. *Ait Æthiops meus* ገብረ፡ ኩርቦት፡ *proprie dici eos*, qui amuleta *vel* vocabula magica *scripta* secum circumferunt. *Pl* ኩርባታት፡ Preces superstitiosæ, *vel* magica vocabula, *quæ ab incantatoribus recitantur, qualia in* ጸ፡ ር፡ *reperiuntur. Syn.*, *Tam invidioso vocabulo reddidit interpres vocem* φυλακτήρια. *Matth.* 23, 5. (*mendose* ኩርባናት፡) *intelligens longas Pharisæorum preces.*

† ክርጣስ፡ *f. Græc.* χάρτης, Charta *ex pannis lineis confecta, cujus apud nos ad scribendum maximus usus; Nam apud Æthiopes pergamena fere utuntur.* [illegible] 8, 1. 2. *Joh.* ✝. 12. (2.) *Meton. pro* libro *seu* volumine *ex* chartis *confecto. Apoc.* 6, 14. *Pl.* ክርጣሳት፡ Chartæ, Schedæ *vulgo.* (3.) *Pro* [illegible] schedulis in sortitione adhibitis. *Enc.* 3. *April.* 3. 4.

† ኵርናዕ፡ Ulna, Brachium, *tam extensum quam contractum, ut*: ሰላም፡ ለኵርናዕክሙ፡ ወለእመትክሙ፡ Pax ulnis vestris & cubitis vestris. *Enc. Patriarcharum. At Joel.* 1, 6. *Græcum* αἱ μύλαι αὐτοῦ σκύμνου, Molares ejus (*sicut*) leonis juvenis, *exponitur* ኵርናዕቲሆሙ፡ ዘአንበሳ፡ እናግሥት፡ *Procul dubio legit* Σκέλη, Crura, *vel intellexit* armos Leonis.

✿ ክርካረ፡ *Vide supra* ኰረረ፡ *col.* 394.

* ኪራኮስ፡ Cyriacus. *Enc.* 3. *Nov.* 1. 1. *Locum crucis Helenæ ostendit, quem a Patre suo di[illegible]cerat Enc.* 5. *Oct.* 1. 1. *Mater ejus Hanna martyr fuit. Enc.* 5. *Oct.* 2. 1.

† ክርካንድ፡ *in MSS.* ክረካንድ፡ *minus bene; Est enim Arabice* كركند Carcand, *vel* كركدن Carcadden. N. *in Teshdid resoluto. Vox Arabibus, Persis atque Indis nota, ut Bochartus testatur. Hieroz. Lib. III, c.* 26. *p.* 934. Unicorne ferum, *quod tam varie describitur, ut dubites quomodo Latine reddendum sit. Legitur in Pocok. Psalterio MSS. Ps.* 28, 6. ጣዕዋ፡ ክርካንድ፡ Juvenca Carcandi. *De* Rhinocerote *accipiendum censemus. Vide Comment. Hist. nostræ Æthiop. Lib. I, c.* 10. *n.* 84. *p.* 154 *sq.*

† ክርካዕ፡ Amygdala *vel* Amygdalum *fructus.* Nux Thasia. *Gen.* 43, 11. ክርካዕ፡ ምዑዝ፡ Amygdala dulcis. ዘሠናየ፡ ይጸጊ፡ Quæ pulchre floret. *Item* ዕፀ፡ ክርካዕ፡ Amygdalus. *Org. Lect.* 2. ዘክርካዕ፡ ዐቢየ፡ Amygdalinam magnam (*scil. virgam.*) *Gen.* 30, 37. *quamvis Græcus habeat* Καρυΐνην, Nucinam. *In Græco additur* καὶ πλατάνου. Platanus *latis ramis diffusa arbor, quam ignoravit, & adjectivum* πλατύς, Latus *in animo habens, epitheton addidit* ዐቢይ፡ magnus, *tanquam talis quædam amygdalorum species esset.*

ክርካዕ፡

† ከርከዴን ፡ Καρχηδόνιος, Carchedonius gemma. *Exod.* 39, 13. Carbunculus Garamanticus. Rubinus *quidam est, quorum plurimæ species apud gemmarios dantur. Plin. Lib.* 37. *c.* 7.

⊛ ኰርዐ ፡ Pulsavit. Percussit *propriè caput alicujus pugno, vel fuste. Matth.* 26, 67. & 27, 30.

§ ተኰርዐ ፡ Pugno *vel* fustibus in capite cæsus, pulsatus fuit. 1. *Cor.* 4, 11.

§ ኰርዖት ፡ Percussio *capitis Soph.* 2, 8.

* ከራዙን ፡ አባ ፡ Abba Carazun. *Martyr. Enc.* 15. *Jul.* 3. 1. *Græcam terminationem in ω illi faciunt* un. *ut* : ዘዮናን ፡ Zeno.

